THE LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB, LL.D.

PLINY

NATURAL HISTORY

VIII

LIBRI XXVIII—XXXII

PLINY

NATURAL HISTORY

WITH AN ENGLISH TRANSLATION
IN TEN VOLUMES

VOLUME VIII

LIBRI XXVIII-XXXII

BY

W. H. S. JONES, LITT.D., F.B.A.,

HONORARY FELLOW, ST. CATHARINE'S COLLEGE, CAMBRIDGE

CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
HARVARD UNIVERSITY PRESS

LONDON
WILLIAM HEINEMANN LTD

MCMLXIII

Printed in Great Britain

CONTENTS

INTRODUCTION

For the contents of this volume there must be noted the following additions to the authorities already mentioned:

Codex Bambergensis, the oldest manuscript, 10th-century, with several correcting hands, styled B.

Codex Toletanus, 13th century, of the same family as V, R, d, styled T.

Green, Peter, *Prolegomena to the study of Magic and superstition in the Natural History of Pliny the Elder*, 1952, a typed doctoral thesis in the Cambridge University Library.

Wolters, X. F. M. G., *Notes on Antique Folklore* based on Pliny's Natural History XXVIII, 22–29, Amsterdam 1935.

Professor E. H. Warmington translated Book XXXII, sections 142–154; and compiled the Index of Fishes. He expresses his grateful thanks to Professor A. C. Andrews of the University of Miami for invaluable help in the identification of aquatic creatures in Pliny; and to members of the staff of the British Museum (Natural History), especially A. Wheeler, I. Galbraith, Miss J. E. King, Dr. Isabella Gordon, Miss A. M. Clark, and W. J. Rees, for bringing the scientific nomenclature up to date.

PLINY: NATURAL HISTORY
BOOK XXVIII

PLINII NATURALIS HISTORIAE

LIBER XXVIII

I. Dicta erat natura omnium rerum inter caelum ac terram nascentium restabantque quae ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent traversos ex ipsis animalibus quae sanantur reperta maiore medicina. quid ergo? dixerimus herbas et florum imagines ac pleraque inventu rara ac difficilia, iidem tacebimus quid in ipso homine prosit homini ceteraque genera remediorum inter nos viventia, cum praesertim nisi carenti doloribus morbisque vita ipsa poena fiat?
2 minime vero, omnemque insumemus operam, licet fastidii periculum urgeat, quando ita decretum est, minorem gratiae quam utilitatium vitae respectum habere. quin immo externa quoque et barbaros etiam ritus indagabimus. fides tantum auctores appellet, quamquam et ipsi consensu prope iudicii ista eligere laboravimus potiusque curae rerum quam
3 copiae institimus. illud admonuisse perquam neces-

---

[a] Or, "to more potent remedies." So Littré.

PLINY: NATURAL HISTORY

BOOK XXVIII

I. I should have finished describing the character of all things growing between heaven and earth, leaving only whatever is dug out of the ground itself, if dealing with remedies derived from plants and shrubs did not make me digress to the wider sphere of medicines [a] obtained from the very living creatures that themselves are healed. Well then, shall I, who have described plants and forms of flowers, including many rare things that are difficult to find, say nothing about the benefits to man that are to be found in man himself, nothing about the other kinds of remedies that live among us, especially as life itself becomes a punishment for those who are not free from pains and diseases? Surely I must, and I shall devote all my care to the task, although I realize the risk of causing disgust, since it is my fixed determination to have less regard for popularity than for benefiting human life. Furthermore, my investigations will include foreign things and even outlandish customs; belief here can appeal only to authority, although I myself also, when choosing my detail, have striven to find views almost universally believed, and I have stressed careful research rather than abundance of material. One *Remedies from animals.*

sarium est, dictas iam a nobis naturas animalium et quae cuiusque essent inventa—neque enim minus profuere medicinas reperiendo quam prosunt praebendo—nunc quae in ipsis auxilientur indicari, neque illic in totum omissa, itaque haec esse quidem alia, illis tamen conexa.

4 II. Incipiemus autem ab homine ipsum sibi exquirente,[1] inmensa statim difficultate obvia. sanguinem quoque gladiatorum bibunt ut viventibus poculis comitiales [morbi],[2] quod spectare facientes in eadem harena feras quoque horror est. at, Hercule, illi ex homine ipso sorbere efficacissimum putant calidum spirantemque et vivam[3] ipsam animam ex osculo vulnerum, cum plagis omnino ne[4] ferarum quidem admoveri ora mos sit humanus.[5] alii medullas crurum quaerunt et cerebrum infantium.

5 nec pauci apud Graecos singulorum viscerum membrorumque etiam sapores dixere omnia persecuti ad resigmina unguium, quasi vero sanitas videri possit feram ex homine fieri morboque dignum in ipsa medicina, egregia, Hercules, frustratione, si non prosit. aspici humana exta nefas habetur, quid

[1] exquirente *Urlichs*: exquirentes RdE: exquirentis V.
[2] morbi *in uncis Mayhoff. Sed cf.* § 7 *et* § 35.
[3] vivam *Detlefsen*: unam *codd.*: una *Warmington.*
[4] omnino ne *Mayhoff*: omne V²Er: ne *Gelenius, Detlefsen.*
[5] mos sit humanus *Mayhoff*: fas sit. humanas *Detlefsen.* mos Tf: mus V¹R: mus fas V²: fas Er: humanus *omnes codd.*

---

[a] See VIII. §§ 97 foll. and XXV. §§ 89 foll.
[b] This seems to refer to the difficulty discussed in §§ 10 foll. Perhaps the rest of the chapter is an afterthought of

thing it is very necessary to point out: I have already described [a] the natures of living creatures and the discoveries we owe to each (for they did no less good by discovering medicines than they do by supplying them), I am now showing what help is to be found in the creatures themselves. I did not entirely leave out this then; so although the new matter is different, it is yet intimately connected with the old.

II. But I shall begin with man seeking aid for himself out of himself, and at the outset there will meet us a most baffling puzzle.[b] The blood too of gladiators is drunk by epileptics as though it were a draught of life, though we shudder with horror when in the same arena we look at even the beasts doing the same thing. But, by Heaven!, the patients think it most effectual to suck from a man himself warm, living blood, and putting their lips to the wound [c] to drain the very life, although it is not the custom of men to apply their mouths at all to the wounds even of wild beasts. Others seek to secure the leg-marrow and the brain of infants. Not a few among the Greeks have even spoken of the flavour of each organ and limb, going into all details, not excluding nail parings; just as though it could be thought health for a man to become a beast, and to deserve disease as punishment in the very process of healing.[d] And, by Heaven!, well deserved is the disappointment if these remedies prove of no avail. To look at human entrails is considered sin; what *Remedies from man.*

Pliny; Mayhoff, while reading *quoque* in his text, suggests *quippe* in his textual notes.

[c] Perhaps, "by kissing the wounds," or, as Littré, "from the gaping wounds."

[d] Or: "for the very remedies he adopts."

6 mandi? quis ista invenit, Osthane? tecum enim res erit, eversor iuris humani monstrorumque artifex qui primus ea condidisti, credo, ne vita tui oblivisceretur. quis invenit singula membra humana mandere? qua coniectura inductus? quam potest medicina ista originem habuisse? quis veneficia innocentiora fecit quam remedia? esto, barbari externique ritus invenerant, etiamne Graeci suas
7 fecere has artes? extant commentationes Democriti ad aliud noxii hominis ex capite ossa plus prodesse, ad alia amici et hospitis. iam vero vi interempti dente gingivas in dolore scariphari Apollonius efficacissimum scripsit, Meletos oculorum suffusiones felle hominis sanari. Artemon calvaria interfecti neque cremati propinavit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. ex eadem suspendio interempti catapotia fecit contra canis rabiosi
8 morsus Antaeus. atque etiam quadrupedes homine[1] sanavere, contra inflationes boum perforatis cornibus inserentes ossa humana, ubi homo occisus esset aut crematus siliginem quae pernoctasset suum morbis dando. procul a nobis nostrisque litteris absint ista. nos auxilia dicemus, non piacula, sicubi lactis puerperarum usus mederi poterit, sicubi saliva
9 tactusve corporis ceteraque similia. vitam quidem

[1] homine *Pintianus, Mayhoff*: homines *codd., Detlefsen.*

---

[a] A Persian Magus of the early fifth century B.C. to whom were attributed many works on oriental magic.

[b] Possibly, "guess-work."

[c] Diogenes Laertius attributes to this philosopher works on medicine and regimen, and probably many spurious works also were foisted on him.

[d] Probably a physician who lived in the first century B.C.

[e] An unknown.

must it be to eat them? Who was the first, Osthanes,[a] to think of such devices as yours? For it is you who must bear the blame, you destroyer of human rights and worker of horrors; you were their first founder, in order, I suppose, to perpetuate your memory. Who first thought of chewing one by one human limbs? What soothsaying[b] guided him? What origin could your medical practices have had? Who made magic potions more innocent than their remedies? Granted that foreigners and barbarians had discovered the rites, did the Greeks also make these arts their own? There is extant a treatise of Democritus[c] stating that one complaint is more benefited by bones from the head of a criminal, and other complaints by those of a friend or guest. Moreover, Apollonius[d] put in writing that to scrape sore gums with the tooth of a man killed by violence is most efficacious, and Meletos[e] that the gall of a human being cures cataract. Artemon[f] treated epilepsy with draughts of water drawn from a spring by night and drunk out of the skull of a man killed but not cremated. From the skull of a man hanged Antaeus[g] made pills to cure the bites of a mad dog. Even quadrupeds too have been cured by remedies taken from a man; to cure flatulence in oxen their horns have been pierced and human bones inserted; for sick pigs wheat has been given which had remained for a whole night where a man had been killed or cremated. Far from me and my writings be such horrors. I shall speak not of sins but of aids, such as when will prove an effective remedy the milk of lying-in women, or human saliva, or contact with a human body, and the like. I do

[f] An unknown. [g] An unknown.

non adeo expetendam censemus ut quoquo modo trahenda sit. quisquis es talis,[1] aeque moriere, etiam cum[2] obscaenus vixeris aut nefandus. quapropter hoc primum quisque in remediis animi sui habeat, ex omnibus bonis quae homini tribuit natura nullum melius esse tempestiva morte, idque in ea optimum quod illam sibi quisque praestare poterit.

10 III. Ex homine remediorum primum maximae quaestionis et semper incertae est, polleantne[3] aliquid verba et incantamenta carminum. quod si verum est, homini acceptum fieri oportere conveniat, sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides, in universum vero omnibus horis credit vita nec sentit. quippe victimas caedi sine precatione
11 non videtur referre aut deos rite consuli. praeterea alia sunt verba inpetritis, alia depulsoriis, alia commendationis, videmusque certis precationibus obsecrasse[4] summos magistratus et, ne quod verborum praetereatur aut praeposterum dicatur, de scripto praeire aliquem rursusque alium custodem dari qui adtendat, alium vero praeponi qui favere linguis iubeat, tibicinem canere, ne quid aliud exaudiatur, utraque memoria insigni, quotiens ipsae

[1] *Comma ante* talis *trans. Mayhoff.*

[2] etiam cum *multi codd., vulg., Detlefsen*: etiam quam VT: tamquam *Mayhoff.*

[3] polleantne VRdTf *Mayhoff*: valeantne Er *vulg., Detlefsen.*

[4] obsecrasse] obsecrare *coni. Mayhoff.*

---

[a] With Mayhoff's reading: "Whoever you are, as such you will die, just as if your life will have been one of foulness or sin."

not indeed hold that life ought to be so prized that by any and every means it should be prolonged. You holding this view, whoever you are, will none the less die, even though you may have lived longer through foulness or sin.[a] Wherefore let every man consider that first among the remedies for his soul is this: that of all the blessings given to man by Nature none is greater than a timely death, and herein the brightest feature is that each man can have the power to bestow it on himself.

III. Of the remedies derived from man, the first raises a most important question, and one never settled: have words and formulated incantations any effect? If they have, it would be right and proper to give the credit to mankind. As individuals, however, all our wisest men reject belief in them, although as a body the public at all times believes in them unconsciously. In fact the sacrifice of victims without a prayer is supposed to be of no effect; without it too the gods are not thought to be properly consulted. Moreover, there is one form of words for getting favourable omens, another for averting evil, and yet another for a commendation. We see also that our chief magistrates have adopted fixed formulas for their prayers; that to prevent a word's being omitted or out of place a reader dictates beforehand the prayer from a script; that another attendant is appointed as a guard to keep watch, and yet another is put in charge to maintain a strict silence; that a piper plays so that nothing but the prayer is heard. Remarkable instances of both kinds of interference are on record: cases when the noise of actual ill omens has ruined the prayer, or when a mistake has been made in the prayer itself; then sud- *Have words power?*

dirae obstrepentes nocuerint quotiensve precatio erraverit, sic repente extis adimi capita vel corda
12 aut geminari victima stante. durat inmenso exemplo Deciorum patris filiique quo se devovere carmen, extat Tucciae Vestalis incesti deprecatio qua usa aquam in cribro tulit anno urbis DXVIIII. boario vero in foro Graecum Graecamque defossos aut aliarum gentium cum quibus tum res esset etiam nostra aetas vidit. cuius sacri precationem qua solet praeire XVvirum collegii magister si quis legat, profecto vim carminum fateatur, ea omnia adprobantibus DCCCXXX annorum eventibus.
13 Vestales nostras hodie credimus nondum egressa urbe mancipia fugitiva retinere in loco precatione, cum, si semel recipiatur ea ratio et deos preces aliquas exaudire aut ullis moveri verbis, confitendum sit de tota coniectatione. prisci quidem nostri perpetuo talia prodidere, difficillimumque ex his etiam fulmina elici, ut suo loco docuimus.

14 IV. L. Piso primo annalium auctor est Tullum Hostilium regem ex Numae libris eodem quo illum sacrificio Iovem caelo devocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecisset, fulmine ictum, multi vero magnarum rerum fata et ostenta verbis per-

---

[a] See Livy VIII. 9 and X. 28.

[b] See Valerius Maximus VIII. 1.

[c] 145 B.C.

[d] Plutarch *Roman Questions* 283.

[e] Or: "all magical charms must be accepted."

[f] See Book II. § 140.

[g] Consul in 133 B.C. and an opponent of the Gracchi.

denly the head of the liver, or the heart, has disappeared from the entrails, or these have been doubled, while the victim was standing. There has come down to us a striking example of ritual in that with which the Decii,[a] father and son, devoted themselves; extant too is the plea of innocence uttered by the Vestal Tuccia[b] when, accused of unchastity, she carried water in a sieve, in the year of the City six hundred and nine.[c] Our own generation indeed even saw buried alive in the Cattle Market a Greek man and a Greek woman, and victims from other peoples with whom at the time we were at war.[d] The prayer used at this ceremony is wont to be dictated by the Master of the College of the Quindecimviri, and if one reads it one is forced to admit that there is power in ritual formulas, the events of eight hundred and thirty years showing this for all of them. It is believed today that our Vestal virgins by a spell root to the spot runaway slaves, provided they have not left the City bounds, and yet, if this view is once admitted, that the gods hear certain prayers, or are moved by any form of words, the whole question must be answered in the affirmative.[e] Our ancestors, indeed, reported such wonders again and again, and that, most impossible of all, even lightning can be brought by charms from the sky, as I have mentioned[f] on the proper occasion.

IV. Lucius Piso[g] in the first Book of his *Annals* tells us that King Tullus Hostilius used the same sacrificial ritual as Numa, which he found in Numa's books, in an attempt to draw Jupiter down from the sky, and was struck by lightning because he made certain mistakes in the ceremony; many indeed assure us that by words the destinies and omens of

15 mutari. cum in Tarpeio fodientes delubro funda-
menta caput humanum invenissent, missis ob id ad
se legatis Etruriae celeberrimus vates Olenus Calenus
praeclarum id fortunatumque cernens interrogatione
in suam gentem transferre temptavit. scipione prius
determinata templi imagine in solo ante se: Hoc
ergo dicitis, Romani? hic templum Iovis optimi
maximi futurum est, hic caput invenimus? constan-
tissima annalium adfirmatione transiturum fuisse
fatum in Etruriam, ni praemoniti a filio vatis legati
Romani respondissent: Non plane hic sed Romae
16 inventum caput dicimus. iterum id accidisse tra-
dunt, cum in fastigium eiusdem delubri praeparatae
quadrigae fictiles in fornace crevissent, et iterum
17 simili modo retentum augurium. haec satis sint
exemplis ut appareat ostentorum vires et in nostra
potestate esse ac prout quaeque accepta sint ita
valere. in augurum certe disciplina constat neque
diras neque ulla auspicia pertinere ad eos qui
quamcumque[1] rem ingredientes observare se ea
negaverint, quo munere divinae indulgentiae maius
nullum est. quid? non et legum ipsarum in duo-
18 decim tabulis verba sunt: qui fruges excantassit, et
alibi: qui malum carmen incantassit? Verrius Flaccus
auctores ponit quibus credatur[2] in obpugnationibus

[1] qui quamcumque *coni. Mayhoff*: quicumque *Detlefsen*: qui quamque *Mayhoff in textu*, RdE *vulg.*: quicquam quae V.

[2] credatur *Warmington*: credat *codd.*

---

[a] Perhaps "obviously."

[b] See *Remains of Old Latin* (Loeb) vol. III, pp. 474, 475 and 478, 479.

[c] A distinguished writer of the latter part of the first century B.C. He wrote on history and antiquities, dying in the reign of Tiberius.

mighty events are changed. During the digging of foundations for a shrine on the Tarpeian Hill there was discovered a human head. For an interpretation envoys were sent to Olenus of Cales, the most distinguished seer of Etruria. Perceiving that the sign portended glory and success, Olenus tried by questioning to divert the blessing to his own people. He first traced with his staff the outline of a temple on the ground in front of him, and then asked: "Is this then, Romans, what you say? 'Here will be the temple of Jupiter, All-good and Almighty; here we found the head?'" The *Annals* most firmly insists that the destiny of Rome would have passed to Etruria, had not the Roman envoys, forewarned by the seer's son, replied: "Not exactly [a] here, but it was in Rome that we say the head was found." It is said that the same thing happened again when a clay four-horse chariot, designed for the roof of the same shrine, grew larger in the furnace, and once more in a similar way was the happy augury retained. Let these instances suffice to show that the power of omens is really in our own control, and that their influence is conditional upon the way we receive each. At any rate, in the teaching of the augurs it is a fundamental principle that neither evil omens nor any auspices affect those who at the outset of any undertaking declare that they take no notice of them; no greater instance of the divine mercy could be found than this boon. Again, in the actual laws of the Twelve Tables we find also these words:[b] "Whoever shall have bewitched the crops," and in another place: "whoever shall have cast an evil spell." Verrius Flaccus [c] cites trustworthy authorities to show that it was the custom, at the

ante omnia solitum a Romanis sacerdotibus evocari
deum cuius in tutela id oppidum esset promittique
illi eundem aut ampliorem apud Romanos cultum.
et durat in pontificum disciplina id sacrum, constat-
que ideo occultatum in cuius dei tutela Roma esset,
19 ne qui hostium simili modo agerent. defigi quidem
diris deprecationibus nemo non metuit. hoc pertinet
ovorum quae exorbuerit quisque calices coclearum-
que protinus frangi aut isdem coclearibus perforari.
hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos
proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imi-
tatio. multi figlinarum opera rumpi credunt tali
modo, non pauci etiam serpentes; ipsas recanere
et hunc unum illis esse intellectum contrahique
Marsorum cantu etiam in nocturna quiete. etiam [1]
parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.
20 neque est facile dictu externa verba atque ineffabilia
abrogent fidem validius an Latina inopinata et [2]
quae inridicula videri cogit animus semper aliquid
inmensum exspectans ac dignum deo movendo,
21 immo vero quod numini imperet. dixit Homerus
profluvium sanguinis vulnerato femine Ulixen inhi-
buisse carmine, Theophrastus ischiadicos sanari,
Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare,

[1] etiam *multi codd. Detlefsen*: iam d, *Mayhoff.*
[2] et *post* Latina *trans. Mayhoff.*

---

[a] See *Idyll* II.
[b] See *Eclogues* VIII. The Catullus passages are not extant.
[c] Referring to the so-called *Ephesia grammata* and gibberish of many incantations.
[d] See *Odyssey* XIX. 457, where it is not Odysseus, but Autolycus and his sons that effect the cure.
[e] See Athenaeus XIV. 18.

very beginning of a siege, for the Roman priests to call forth the divinity under whose protection the besieged town was, and to promise him the same or even more splendid worship among the Roman people. Down to the present day this ritual has remained part of the doctrine of the Pontiffs, and it is certain that the reason why the tutelary deity of Rome has been kept a secret is to prevent any enemy from acting in a similar way. There is indeed nobody who does not fear to be spell-bound by imprecations. A similar feeling makes everybody break the shells of eggs or snails immediately after eating them, or else pierce them with the spoon that they have used. And so Theocritus [a] among the Greeks, Catullus and quite recently Virgil [b] among ourselves, have represented love charms in their poems. Many believe that by charms pottery can be crushed, and not a few even serpents; that these themselves can break the spell, this being the only kind of intelligence they possess; and by the charms of the Marsi they are gathered together even when asleep at night. On walls too are written prayers to avert fires. It is not easy to say whether our faith is more violently shaken by the foreign, unpronounceable words,[c] or by the unexpected Latin ones, which our mind forces us to consider absurd, being always on the look-out for something big, something adequate to move a god, or rather to impose its will on his divinity. Homer said that by a magic formula Ulysses [d] stayed the haemorrhage from his wounded thigh; Theophrastus [e] that there is a formula to cure sciatica; Cato [f] handed down one to set dis-

[f] See Cato CLX.

M. Varro podagris. Caesarem dictatorem post unum ancipitem vehiculi casum ferunt semper ut primum consedisset, id quod plerosque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari solitum.

22 V. Libet hanc partem singulorum quoque con-
scientia coarguere. cur enim primum anni inci-
pientes [1] diem laetis precationibus invicem faustum
ominamur? cur publicis lustris etiam nomina
victimas ducentium prospera eligimus? cur effasci-
nationibus adoratione peculiari occurrimus, alii
Graecam Nemesin invocantes, cuius ob id Romae
simulacrum in Capitolio est, quamvis Latinum
23 nomen non sit? cur ad mentionem defunctorum
testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari?
cur inpares numeros ad omnia vehementiores cre-
dimus, idque in febribus dierum observatione intel-
legitur? cur ad primitias pomorum haec vetera
esse dicimus, alia nova optamus? cur sternuentes
salutamus, quod etiam Tiberium Caesarem, tristis-
simum, ut constat, hominum in vehiculo exegisse
tradunt, et aliqui nomine quoque consalutare re-
24 ligiosius putant? quin et absentes tinnitu aurium
praesentire sermones de se receptum est. Attalus
adfirmat, scorpione viso si quis dicat duo, cohiberi
nec vibrare ictus, et quoniam scorpio admonuit, in

[1] incipientes V(?)E *Detlefsen*: incipientis *Mayhoff*.

---

[a] See Varro *R.R.* I. ii. 27.

[b] Or (Wolters), "their rest is not being disturbed."

[c] Or, "the more scrupulous think that they must."

[d] Probably not Attalus III, King of Pergamus, who died in 133 B.C. Perhaps an unknown physician. See Wolters, p. 52.

[e] "*Africa* was personified, in the time of Hadrian, as a woman, represented in divers ways on bronze coins, with a scorpion in her hand or on her head" (Wolters, p. 56).

located limbs, Marcus Varro [a] one for gout. The dictator Caesar, after one serious accident to his carriage, is said always, as soon as he was seated, to have been in the habit of repeating three times a formula of prayer for a safe journey, a thing we know that most people do today.

Why are we superstitious?

V. I should like to reinforce this part of my argument by adding an appeal to the personal feeling of the individual. Why on the first day of the year do we wish one another cheerfully a happy and prosperous New Year? Why do we also, on days of general purification, choose persons with lucky names to lead the victims? Why do we meet the evil eye by a special attitude of prayer, some invoking the Greek Nemesis, for which purpose there is at Rome an image of the goddess on the Capitol, although she has no Latin name? Why on mentioning the dead do we protest that their memory is not being attacked by us? [b] Why do we believe that in all matters the odd numbers are more powerful, as is implied by the attention paid to critical days in fevers? Why at the harvest of the first-fruits do we say: "These are old," and pray for new ones to take their place? Why do we say "Good health" to those who sneeze? This custom according to report even Tiberius Caesar, admittedly the most gloomy of men, insisted on even in a carriage, and some think it more effective [c] to add to the salutation the name of the sneezer. Moreover, according to an accepted belief absent people can divine by the ringing in their ears that they are the object of talk. Attalus [d] assures us that if on seeing a scorpion one says "Two," it is checked and does not strike. The mention of scorpions [e]

Africa nemo destinat aliquid nisi praefatus Africam, in ceteris vero gentibus deos ante obtestatus ut velint. nam si mensa adsit,[1] anulum ponere translatitium videmus, quoniam etiam mutas[2] religiones pollere
25 manifestum est. alius saliva post aurem digito relata sollicitudinem animi propitiat. pollices, cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur. in adorando dextram ad osculum referimus totumque corpus circumagimus, quod in laevum fecisse Galliae religiosius credunt. fulgetras poppysmis adorare
26 consensus gentium est. incendia inter epulas nominata aquis sub mensam profusis abominamur. recedente aliquo ab epulis simul verri solum aut bibente conviva mensam vel repositorium tolli inauspicatissimum iudicatur. Ser. Sulpicii principis viri commentatio est quamobrem mensa linquenda[3] non sit, nondum enim plures quam convivae numerabantur. nam sternumento revocari ferculum mensamve, si non postea gustetur aliquid, inter diras

[1] mensa adsit VRd, *Mayhoff*: mens adflicta sit *Detlefsen*.

[2] mutas *Sillig*: multas *codd.*: quin etiam mutas . . . est; nam si mensa adsit *Wolters*.

[3] linquenda *codd.*: admovenda *Wolters, qui* nondum . . . numerabantur *in uncis ponit.*

---

[a] Mayhoff would emend this dubious Plinian *nam* to *iam*, which is an improvement, but to transpose the clauses of this sentence (with Wolters) makes it possible to give *nam* its usual meaning: "Moreover, it is clear that actions even without words have powers, for it is a universal custom, we see, etc."

reminds me that in Africa nobody decides on anything without first saying "Africa," whereas among all other peoples a man prays first for the approval of the gods. But [a] when a table is ready it is a universal custom, we see, to take off one's ring, since it is clear that scrupulous actions, even without words, have their powers. Some people, to calm mental anxiety, carry saliva with the finger to behind the ear. There is even a proverb that bids us turn down [b] our thumbs to show approval. In worshipping we raise our right hand to our lips and turn round our whole body, the Gauls considering it more effective [c] to make the turn to the left. All peoples agree in worshipping lightning by clucking with the tongue. If during a banquet fires have been mentioned we avert the omen by pouring water under the table. It is supposed to be a most unlucky sign for the floor to be swept while a diner is leaving the banquet, or for a table or dumb-waiter to be removed while a guest is drinking. Servius Sulpicius,[d] a noble Roman, has left an essay on why we should not leave the table; [e] for in his day it was not the custom to have more tables than there were guests; for if a course or a table is recalled by a sneeze and nothing of it tasted afterwards, it is considered an evil portent, as

Superstitions at table.

[b] See Mayor on Juvenal III. 36. Wolters translates *premere* "to enclose."

[c] So Wolters, making *religiosius* objective. Perhaps, however, it is subjective, meaning "more devout."

[d] A contemporary of Cicero, who took part in the troublous politics of the period.

[e] A difficult sentence. Wolters reads *admovenda* for *linquenda* and brackets *nondum . . . numerabantur* as a gloss. He also brackets *aut omnino non esse*. Much of the difficulty of this passage comes from the ambiguity of the word *mensa*. See the additional note A, page 563.

27 habetur, aut omnino non[1] esse. haec instituere illi qui omnibus negotiis horisque interesse credebant deos, et ideo placatos etiam vitiis nostris reliquerunt. quin et repente conticescere convivium adnotatum est[2] non nisi in pari praesentium numero, isque famae labor est ad quemcumque eorum pertinens. cibus etiam e manu prolapsus reddebatur[3] utique per mensas, vetabantque munditiarum causa deflare, et sunt condita auguria, quid loquenti cogitantive id acciderit, inter execratissima, si pontifici accidat dicis causa epulanti. in mensa utique id reponi
28 adolerique ad Larem piatio est. medicamenta priusquam adhibeantur in mensa forte deposita negant prodesse. ungues resecari nundinis Romanis tacenti atque a digito indice multorum persuasione[4] religiosum est, capillum vero contra defluvia ac dolores capitis XVII luna atque XXVIIII. pagana lege in plerisque Italiae praediis cavetur ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos aut omnino detectos ferant, quoniam adversetur id omnium spei,
29 praecipue frugum. M. Servilius Nonianus princeps

[1] non *Gelenius* : nam E : inane *fere omnes codd., Mayhoff, qui lacunam post* habetur *indicat* : *del.* aut . . . esse *Wolters.*
[2] est *codd.* : set *Mayhoff.*
[3] *Ante* reddebatur *addit* non *Wolters.*
[4] multorum persuasione *Mayhoff* : mulierum peculiare *Detlefsen* : multorum pecuniae *codd. Fortasse* opinione (*Haupt*).

---

[a] This could mean : "either considered an evil portent or none at all." (Warmington.)
[b] Littré says "malgré nos vices."
[c] So Bostock and Riley, and also Wolters, but Littré has : "de l'un quelconque d'entre eux."
[d] The emendation of Wolters : "used not to be put back," is more in accordance with customs elsewhere.

is to eat nothing at all.[a] These customs were established by those of old, who believed that gods are present on all occasions and at all times, and therefore left them to us reconciled even in our faults.[b] Moreover, it has been remarked that a sudden silence falls on a banquet only when the number of those present is even, and that it portends danger to the reputation of each [c] of them. Food also that fell from the hand used to be put back [d] at least during courses, and it was forbidden to blow off, for tidiness, any dirt; [e] auguries have been recorded from the words or thoughts of the diner who dropped food, a very dreadful omen being if the Pontiff should do so at a formal dinner. In any case putting it back on the table and burning it before the Lar counts as expiation.[f] Medicines set down by chance on a table before being used are said to lose their efficacy. To cut the nails on the market days at Rome in silence, beginning with the forefinger, is a custom many people feel binding on them; while to cut the hair on the seventeenth day of the month and on the twenty-ninth prevents its falling out as well as headaches. A country rule observed on most Italian farms forbids women to twirl their spindles while walking along the road, or even to carry them uncovered, on the ground that such action blights the hopes of everything, especially the hope of a good harvest. Marcus Servilius Nonianus,[g] a leading

Various other superstitions.

[e] Wolters thinks that *deflare* here means, "to remove." Perhaps: "blow off any crumbs to tidy up." So Warmington.

[f] Wolters translates "as sin." He says that *piatio* here is the same as *piaculum*, holding that dropped food was left where it was.

[g] Consul A.D. 35, died 59, and known personally to Pliny, who mentions him several times.

civitatis non pridem in metu lippitudinis, priusquam ipse eam nominaret aliusve ei praediceret, duabus litteris Graecis PA chartam inscriptam circumligatam lino subnectebat collo, Mucianus ter consul eadem observatione viventem muscam in linteolo albo, his remediis carere ipsos lippitudine praedicantes. carmina quidem extant contra grandines contraque morborum genera contraque ambusta, quaedam etiam experta, sed prodendo obstat ingens verecundia in tanta animorum varietate. quapropter de his ut cuique libitum fuerit opinetur.

30 VI. Hominum monstrificas naturas et veneficos aspectus diximus in portentis gentium et multas animalium proprietates, quae repeti supervacuum est. quorundam hominum tota corpora prosunt, ut ex his familiis quae sunt terrori serpentibus tactu ipso levant percussos suctuve madido,[1] quorum e genere sunt Psylli Marsique et qui Ophiogenes vocantur in insula Cypro, ex qua familia legatus Evagon nomine a consulibus Romae in dolium serpentium coniectus experimenti causa circum-
31 mulcentibus linguis miraculum praebuit. signum eius familiae est, si modo adhuc durat, vernis temporibus odoris virus. atque eorum sudor quoque

[1] madido E *Detlefsen*: modo *Mayhoff*: tumodo R: tumido *multi codd.*

---

[a] These letters have no hidden meaning; "they probably belong to the abracadabra of magic" (Wolters). Perhaps they were intended to be the last two letters of it.

[b] C. Licinius Mucianus was consul for the third time in A.D. 72. In 68–69 he was governor of Syria with a command of four legions. See Tacitus *Histories* I. 10.

[c] See Book VII. §§ 13 foll.

citizen of Rome, who was not so long ago afraid of ophthalmia, used to tie round his neck, before he mentioned the disease himself or any one else spoke to him about it, a sheet of paper fastened with thread, on which were written the two Greek letters rho and alpha;[a] Mucianus,[b] three times consul, following the same observance, used a living fly in a white linen bag. Both avowed that by these remedies they themselves were kept free from ophthalmia. We certainly still have formulas to charm away hail, various diseases, and burns, some actually tested by experience, but I am very shy of quoting them, because of the widely different feelings they arouse. Wherefore everyone must form his own opinion about them as he pleases.

VI. Persons possessed of powers of witchcraft and of the evil eye, along with many peculiar characteristics of animals, I have spoken of[c] when dealing with marvels of the nations; it is superfluous to go over the ground again. Of certain men the whole bodies are beneficent, for example the members of those families that frighten serpents. These by a mere touch or by wet suction[d] relieve bitten victims. In this class are the Psylli, the Marsi, and the Ophiogenes, as they are called, in the island of Cyprus. An envoy from this family, by name Evagon, was at Rome thrown by the consuls as a test into a cask of serpents, which to the general amazement licked him all over. A feature of this family, if it still survives, is the foul smell of its members in spring. Their sweat also, not only

People with magic powers.

[d] There is much to be said for Mayhoff's *modo*, "only." But *madido* suggests that much fluid was drawn from the wound. Salmasius in fact conjectured *umido*.

medebatur, non modo saliva. nam in insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori ut vocem quoque eorum fugiant. horum omnium generum insita[1] repugnantia interventum quoque mederi constat; sicuti adgravari vulnera introitu eorum qui umquam fuerint serpentium canisve dente
32 laesi. iidem gallinarum incubitus, pecorum fetus abortu vitiant. tantum remanet virus ex accepto semel malo ut venefici fiant venena passi. remedio est ablui prius manus eorum aquaque illa eos quibus medearis inspergi. rursus a scorpione aliquando percussi numquam postea a crabronibus, vespis
33 apibusve feriuntur. minus miretur hoc qui sciat vestem a tineis non attingi quae fuerit in funere, serpentes aegre praeterquam laeva manu extrahi. e Pythagorae inventis non temere fallere,[2] inpositivorum nominum inparem vocalium numerum clauditates oculive orbitatem ac similes casus dextris adsignare partibus, parem laevis. ferunt difficiles partus statim solvi, cum quis tectum in quo sit gravida transmiserit lapide vel missili ex his qui tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum,
34 ursum. probabilius id facit hasta velitaris evulsa corpori hominis, si terram non attigerit. eosdem enim inlata effectus habet. sic et sagittas corpori eductas, si terram non attigerint, subiectas cubantibus

[1] insita *Mayhoff*: in sua *codd.*
[2] fallere] *Mayhoff* fallare *coni.*, *ut* arbitrere *XI* § 82.

---

[a] *I.e.* to disease, poison etc.
[b] The *Thesaurus* gives *impositus* and *inditus* as equivalents of *impositivus*. A *nomen impositivum* would be any name

their saliva, had curative powers. But the natives of Tentyris, an island on the Nile, are such a terror to the crocodiles that these run away at the mere sound of their voice. All these peoples, so strong their natural antipathy,[a] can, as is well known, effect a cure by their very arrival, just as wounds grow worse on the entry of those who have ever been bitten by the tooth of snake or dog. The latter also addle the eggs of a sitting hen, and make cattle miscarry; so much venom remains from the injury once received that the poisoned are turned into poisoners. The remedy is for their hands to be first washed in water, which is then used to sprinkle on the patients. On the other hand, those who have once been stung by a scorpion are never afterwards attacked by hornets, wasps or bees. He may be less surprised at this who knows that moths do not touch a garment that has been worn at a funeral, and that snakes are with difficulty pulled out of their holes except with the left hand. One of the discoveries of Pythagoras will not readily deceive you: that an uneven number of vowels in given [b] names portends lameness, blindness, or similar disability, on the right side, an even number of vowels the same disabilities on the left. It is said that difficult labour ends in delivery at once, if over the house where is the lying-in woman there be thrown a stone or missile that has killed with one stroke each three living creatures —a human being, a boar, and a bear. A successful result is more likely if a light-cavalry spear is used, pulled out from a human body without the ground being touched. The result indeed is the same if the

Various kinds of magic power.

other than those the individual could not avoid (*e.g.* the family name).

amatorium esse Orpheus et Archelaus scribunt, quin et comitiales morbos sanari cibo e carne ferae occisae eodem ferro quo homo interfectus sit. quorundam partes medicae sunt, sicuti diximus de Pyrrhi regis pollice, et Elide solebat ostendi Pelopis scapula,[1] quam eburneam adfirmabant. naevos in facie tondere religiosum habent etiam nunc multi.

35 VII. Omnium vero in primis ieiunam salivam contra serpentes praesidio esse docuimus, sed et alios efficaces eius usus recognoscat vita. despuimus comitiales morbos, hoc est contagia regerimus. simili modo et fascinationes repercutimus dextraeque
36 clauditatis occursum. veniam quoque a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo, et iam [2] eadem ratione terna despuere precatione [3] in omni medicina mos est, atque ita effectus adiuvare, incipientes furunculos ter praesignare ieiuna saliva. mirum dicimus, sed experimento facile: si quem paeniteat ictus eminus comminusve inlati et statim

[1] scapula quam *Gronovius, Detlefsen, qui lacunam indicat*: os ulnamque eam *Mayhoff*: *pro* scapula *varia* (ostilnam, ostiliam, ostiliani) *codd.*

[2] et iam *Detlefsen, Mayhoff, qui* etenim *vel* multis etiam *coni.*: etiam Er: *om. plerique codd.*

[3] precatione *Urlichs, Mayhoff*: deprecatione *Detlefsen, vulg.*: praedicatione *codd.*: *an* pro precatione?

---

[a] Many spurious works of a medical nature were attributed to the Orpheus of mythology.

[b] Archelaus was possibly the Greek poet living in Egypt, some of whose epigrams are in the *Anthology*.

[c] See Book VII. § 20.

[d] Pausanias (V. 13, 4) says that the bone was the ὠμοπλάτη (shoulder blade), and that it had disappeared (ἠφάνιστο) by his time. Mayhoff's conjecture would mean "elbow."

[e] Mayhoff brackets the last sentence, which seems out of place.

spear is carried indoors. So too, as Orpheus [a] and Archelaus [b] write, arrows drawn out of a body and not allowed to touch the ground act as a love-charm upon those under whom when in bed they have been placed. Moreover, add these authorities, epilepsy is cured by food taken from the flesh of a wild beast killed by the same iron weapon that has killed a human being. Some men have healing powers confined to parts of their body. We have mentioned the thumb of King Pyrrhus,[c] and at Elis there used to be shown a shoulder blade [d] of Pelops, which was stated to be of ivory. Many men even today have scruples about cutting hair from moles on the face.[e]

VII. I have however pointed out that the best of all safeguards against serpents is the saliva of a fasting human being, but our daily experience may teach us [f] yet other values of its use. We spit on epileptics in a fit, that is, we throw back infection.[g] In a similar way we ward off witchcraft and the bad luck that follows meeting a person lame in the right leg. We also ask forgiveness of the gods for a too presumptuous hope by spitting into our bosom; the same reason again accounts for the custom, in using any remedy, of spitting on the ground three times by way of ritual,[h] thus increasing its efficacy, and of marking early incipient boils three times with fasting saliva. It is surprising, but easily tested, that if one is sorry for a blow, whether inflicted by hand or by a missile, and at once

Remedial uses of human saliva.

[f] Or, "should examine."

[g] From *hoc* to *regerimus* may be a gloss.

[h] A curious ablative. Perhaps *pro precatione* or *cum precatione*. Spitting three times is a regular part of preparing or giving medicine or treatment.

expuat in mediam manum qua percussit, levatur ilico in percusso culpa.[1] hoc saepe delumbata quadrupede adprobatur statim a tali remedio correcto
37 animalis ingressu. quidam vero adgravant ictus ante conatum simili modo saliva in manum ingesta. credamus ergo et lichenas leprasque ieiunae inlitu adsiduo arceri, item lippitudines matutina cottidie velut inunctione, carcinomata †malo terrae subacto,†[2] cervicis dolores saliva ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata, laeva ad sinistrum, si quod animal
38 aurem intraverit et inspuatur, exire. inter amuleta est editae quemque urinae inspuere, similiter in calciamentum dextri pedis priusquam induatur, item cum quis transeat locum in quo aliquod periculum adierit. Marcion Zmyrnaeus, qui de simplicibus effectibus scripsit, rumpi scolopendras marinas sputo tradit, item rubetas aliasque ranas, Ofilius serpentes, si quis in hiatum earum expuat, Salpe torporem sedari quocumque membro stupente, si quis in sinum expuat aut si superiores palpebrae saliva tangantur.[3]
39 nos si haec et illa[4] credamus rite fieri, extranei interventu aut, si dormiens spectetur infans, a

[1] culpa *codd.*: poena *vulg.*: *Mayhoff* plaga *coni.*

[2] malo terrae subacto] *Mayhoff* terra ea subacta *coni. sed putat locum nondum sanatum esse.*

[3] superiores palpebrae saliva tangantur *ego*: superiores palpebras saliva tangat. cur *Mayhoff*: superior palpebra *multi codd.*: tangantur (Vr), tangatur, tangant *codd.*

[4] Nos si haec et illa *Hermolaus Barbarus*: eo magis *Detlefsen*: non et *Mayhoff*: nos *aut* eos *codd.*

---

[a] See critical note and *Index of Plants* in vol. VII. There is perhaps a lacuna, or *subacto* may be corrupt.

spits into the palm of the hand that gave the wound, the resentment of the victim is immediately softened. Corroborative evidence is often seen in draught animals; when the animal has been flogged to lameness, after the remedy of spitting has been tried, it at once resumes its pace. Some persons indeed add force to their blows in a similar way by spitting into the hand before making their effort. Let us therefore believe that lichens too and leprous sores are kept in check by continual application of fasting saliva, as is also ophthalmia by using saliva every morning as eye ointment, carcinomata by kneading earth apple [a] with saliva, and pains in the neck by applying fasting saliva with the right hand to the right knee and with the left hand to the left knee; let us also believe that any insect that has entered the ear, if spat upon, comes out. It acts as a charm for a man to spit on the urine he has voided; similarly to spit into the right shoe before putting it on, also when passing a place where one has run into some danger. Marcion of Smyrna,[b] who wrote on the virtues of simples, tells us that the sea scolopendra bursts if spat upon, as do also bramble and other toads. Ofilius [c] says that serpents too burst if one spits into their open mouths, and Salpe [d] that sensation in any numbed limb is restored by spitting into the bosom, or if the upper eyelids are touched with saliva. If we hold these beliefs, we should also believe that the right course, on the arrival of a stranger, or if a sleeping baby is looked at, is for the nurse to spit three times at

[b] An unknown.

[c] Perhaps an error for Opilius, which is read by the MS d.

[d] A woman of Lemnos who wrote on the diseases of women.

nutrice terna adspui?[1] quamquam[2] religione tutatur et Fascinus, imperatorum quoque, non solum infantium custos, qui deus inter sacra Romana a Vestalibus colitur et currus triumphantium sub his pendens defendit medicus invidiae, iubetque eosdem respicere[3] similis medicina linguae, ut sit exorata a tergo Fortuna gloriae carnifex.

40 VIII. Morsus hominis inter asperrimos quosque numeratur. medentur sordes ex auribus ac, ne quis miretur, etiam scorpionum ictibus serpentiumque statim inpositae, melius ex percussi auribus. produnt ita et reduvias sanari, serpentium vero ictum contusi dentis humani farina.

41 IX. Capillus puero qui primum decisus est podagrae inpetus dicitur levare circumligatus, et in totum inpubium inpositus. virorum quoque capillus canis morsibus medetur ex aceto et capitum volneribus ex oleo aut vino; si credimus, a revulso cruci quartanis, conbustus utique capillus carcinomati. pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam et adsidue in bracchio
42 habitus muliebrium locorum dolores prohibet. pollex in pede praeligatus proximo digito tumores inguinum

[1] adspui *codd. et edd.*: despui *C. F. W. Müller.*
[2] quamquam E *Detlefsen*: in os? quamquam *Mayhoff*: quamquam illos VRdT.
[3] respicere *Gronovius*: recipere *codd.*

---

[a] With the reading *despui*, "on the ground"; with Mayhoff's reading, "in the baby's face," or "mouth."
[b] Fascinus was the spirit or daemon of the phallus, an emblem of which was hung round the necks of infants to keep away evil influences. An image was also attached to the car of a triumphant general, in which, too, was a slave, who bade him look back, saying: *respice post te, hominem te memento.* See Juvenal X. 41.

decocunt ad tertias partes et sub diu refrigerant. bibitur autem efficacissime heminis per intervalla, statis[1] diebus quinae; melius a potu gestari. datur comitialibus, melancholicis, paralyticis, in lepris,
128 elephantiasi, articulariis morbis. infunditur quoque lac contra rosiones a medicamentis factas et, si urat dysinteria, decoctum cum marinis lapillis aut cum tisana hordeacia. item ad intestinorum rosiones bubulum aut ovillum utilius, recens quoque dysintericis infunditur, ad colum autem crudum, item vulvae et propter serpentium ictus potisve pityocampis, bu-
129 presti, cantharidum aut salamandrae venenis, privatim bubulum his qui Colchicum biberint aut cicutam aut dorycnium aut leporem marinum, sicut asininum contra gypsum et cerussam et sulpur et argentum vivum, item durae alvo in febri. gargarizatur quoque faucibus exulceratis, utilissime et bibitur ab imbecillitate vires recolligentibus quos atrophos vocant, in febri etiam quae careat dolore capitis. pueris ante cibum lactis asinini heminam dari, aut si exitus cibi rosiones sentirent, antiqui in arcanis habuerunt, si
130 hoc non esset, caprini. bubuli serum orthopnoicis prodest ante cetera addito nasturtio. inunguntur etiam oculi in lactis heminas additis sesamae drachmis quattuor tritis in lippitudine. caprino lienes sanantur, post bidui inediam tertio die hedera pastis capris,

[1] statis *ego*: satis *Ianus, Detlefsen, Mayhoff*: singulis *veteres edd.*: salis *codd.*

---

[a] With the reading *singulis*, "separate." With *satis* (apparently) "five heminae are enough for the days (on which it is taken)." This is strange Latin, and exercise, or a drive, five times a day seems excessive. It is more natural to

whey itself, which is now very vinous indeed, and cool it in the open air. But the most efficacious way to drink it is a hemina at a time at intervals, five heminae in all on fixed[a] days; it is better to take a drive afterwards. It is given for epilepsy, melancholia, paralysis, leprous sores, leprosy, and diseases of the joints. Milk is also injected for smarting caused by purges, or, for the smarting of dysentery, milk boiled down with[b] sea pebbles or with barley gruel. For smarting intestines also cow's milk or sheep's is the more effective. Fresh milk too is injected for dysentery, and raw milk for colitis, uterus trouble, snake bite, swallowing pine-caterpillars, buprestis, the poison of Spanish fly[c] or salamander, and cow's milk is specific when there has been taken in drink Colchicum, hemlock, dorycnium, or sea hare, as ass's milk is for gypsum, white lead, sulphur, quicksilver, and constipation in fever. It also makes a very useful gargle for ulcerated throats, is drank by convalescents from weakening illness, said to be "in a decline,"[d] and also for fever which is without headache. To give to children before food a hemina of ass's milk, or failing that of goat's milk, and if the rectum smarted at stool, the ancients held to be one of their secrets. Better for orthopnoea than other remedies is whey of cow's milk with the addition of cress. The eyes also are bathed for ophthalmia with a hemina of milk to which have been added four drachmae of pounded sesame. Splenic diseases are cured by drinking goat's milk for three days without

suppose that five doses were to be taken in all, each on a fixed day, to be followed by a ride or drive. Cf. *statas febres* § 107.

[b] This *cum* is perhaps an interpolation (dittography), but cf. § 124.

[c] See note on § 160.

[d] Or: "undernourished."

per triduum poto sine alio cibo. lactis usus alias contrarius capitis doloribus, hepaticis, splenicis, nervorum vitio, febres habentibus, vertigini, praeterquam purgationis gratia, gravedini, tussientibus, lippis. ovillum[1] utilissimum tenesmo, dysinteriae nec non phthisicis. hoc et mulieribus[2] saluberrimum qui dicerent fuerunt.

131 XXXIV. De generibus caseorum diximus, cum de uberibus singulisque membris animalium diceremus. Sextius eosdem effectus equino quos bubulo tradit. hunc vocant hippacen. stomacho utiles qui non sunt salsi, id est recentes. veteres alvum sistunt corpusque minuunt, stomacho inutiliores[3]; et in totum
132 salsa minuunt corpus, alunt mollia. caseus recens cum melle suggillata emendat, mollis alvum sistit, sedat tormina pastillis in vino austero decoctis rursusque in patina tostis cum melle. saprum vocant qui cum sale et sorbis siccis e vino tritus potusque medetur coeliacis, genitalium carbunculis caprinus tritus inpositus. item acidus cum oxymelite maculis in balineo inlitus oleo interlinitur.

133 XXXV. E lacte fit et butyrum, barbararum gentium lautissimus cibus et qui divites a plebe discernat, plurimum e bubulo, et inde nomen, pinguissi-

[1] ovillum *Hard.*, *Mayhoff*, *ex Dioscoride*: suillum *codd.*, *Detlefsen.*

[2] mulieribus dTx, *Detlefsen*: mulieres VRf: mulieris *Mayhoff*, *qui etiam post* dysinteriae *dist.*

[3] inutiliores *Urlichs*, *Detlefsen*, *Mayhoff*: utiliores *codd.*

---

[a] With Mayhoff's reading and punctuation: "this and woman's milk are the most wholesome for consumptives."

[b] Book XI. § 240.

[c] See note on § 120.

any other food, but the goats must fast for two days and then browse on ivy the third day. Drinking milk is generally bad for headache, complaints of the liver, spleen and sinews, for fevers, for giddiness except as a purge, and for a heavy cold, cough, and ophthalmia. Sheep's milk is very beneficial for tenesmus, dysentery, and consumption; there have been some who said that this milk is also the most wholesome for women.[a]

XXXIV. The kinds of cheese I discussed when speaking of udders and the separate parts of animals.[b] Sextius[c] gives to cow's-milk cheese the same properties as he gives to that from mare's milk, which is called *hippace*.[d] Beneficial to the stomach are those not salted, that is to say the fresh. Old cheeses bind the bowels and reduce flesh, being rather bad for the stomach; on the whole salty foods reduce flesh, soft foods make it. Fresh cheese with honey heals bruises, a soft cheese binds the bowels, and relieves gripes if lozenges of it are boiled in a dry wine and then roasted in a pan with honey. Coeliac affections are cured by the cheese that they call *saprum*,[e] taken in drink after being pounded in wine with salt and dried sorb apples; carbuncles of the genitals by an application of pounded goat's-milk cheese. Sour cheese also with oxymel is applied in the bath alternately with oil to remove spots.

XXXV. From milk is also made butter, among barbarian tribes accounted the choicest food, one that distinguishes the rich from the lower orders. Mostly cow's milk is used (hence the name[f]), but *Butter.*

[d] See note on XXV. § 83.

[e] That is, "rotten" (σαπρόν).

[f] The word means "cow cheese."

mum ex ovillo [1]—fit et ex caprino—sed hieme calefacto lacte, aestate expresso tantum crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub [2] ipso ore alias praeligato. additur paululum
134 aquae ut acescat. quod est maxime coactum in summo fluitat, id exemptum addito sale oxygala appellant. relicum decocunt in ollis. ibi quod supernatat butyrum est oleosum natura. quo magis virus resipit hoc praestantius iudicatur. pluribus conpositionibus miscetur inveteratum. natura eius adstringere, mollire, replere, purgare.

135 XXXVI. Oxygala fit et alio modo, acido lacte addito in recens quod velis [3] inacescere, utilissimum stomacho. effectus dicemus suis locis.

XXXVII. Proxima in communibus adipi laus est, sed maxime suillo, apud antiquos etiam religiosius. certe novae nuptae intrantes etiamnum [4] sollemne habent postes eo attingere. inveteratur duobus
136 modis, cum sale aut sincerus, tanto fit utilior.[5] axungiam Graeci etiam appellavere eam in voluminibus suis. neque est occulta virium causa, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur—itaque etiam

[1] ovillo *coni. Mayhoff*: ovibus *codd.*

[2] sub *omittere velit Mayhoff.*

[3] velis *Detlefsen*: velint *Mayhoff*: inm VR: in dx: ve - - - r: dum (acescit) *vulg. Mayhoff nonnulla verba, ut* quodve aliud cogat, *excidisse putat.*

[4] etiamnum *codd.*: etiam nunc *Mayhoff.*

[5] tanto fit utilior *Mayhoff*: tanto utilior quanto sit vetustior *Detlefsen. Pro* utilior *multi codd.* vetustior (vectior R), *pro* fit (dx) sit VR.

---

[a] It has been suggested that for *aqua* we should read *aceto* (vinegar).

[b] If we omit all from *exemptum* to *supernatat*, the ancient method of making butter is much like the modern, but then

the richest comes from sheep's—it is also made from goat's—but in winter the milk is warmed, while in summer the butter is extracted merely by shaking it rapidly in a tall vessel. This has a small hole to admit the air, made just under the mouth, which is otherwise completely stopped. There is added a little water [a] to make the milk turn sour. The part that curdles most, floating on the top, [is skimmed off, and with salt added is called oxygala; the rest they boil down in pots. What comes to the surface [b]] is butter, a fatty substance. The stronger the taste, the more highly is butter esteemed. When matured it is used as an ingredient for several mixtures. It is by nature astringent, emollient, flesh-forming, and cleansing.

XXXVI. Oxygala is made in yet another way, by adding sour milk to the fresh that it is wished to turn sour. It is very good for the stomach; of its properties I shall speak in the appropriate places. *Oxygala.*

XXXVII. Of remedies common to animals the next in repute is fat, especially pig's fat, which to the men of old was not a little sacred. At any rate brides even today touch ritually the door-posts with it on entering their homes. Lard is matured in two ways, with salt or by itself; it is so much the more beneficial when matured. The name axungia (axle-grease) is the one adopted by the Greeks also in their writings. Nor is the cause of its properties a mystery, for the pig feeds on the roots of plants, so that there are very many uses even for its dung. *Fats, especially of pigs.*

oxygala disappears, which is required because of Ch. XXXVI, and the interpolation needs to be explained. It is perhaps safer with J. Müller to regard *addito . . . relicum* as a parenthesis.

fimo innumeri usus—quamobrem non de alia loquemur quam e sue.[1] multo efficacior e femina est quae non peperit, [multo vero praestantior in apris.][2] est igitur usus axungiae ad emollienda, excalfacienda,
137 discutienda purgandaque. medicorum aliqui admixto anseris adipe taurorumque sebo et oesypo ad podagras uti iubent, si vero permanet dolor, cum cera, myrto, resina, pice. sincera axungia medetur ambustis vel nive, pernionibus autem cum hordei cinere et galla pari modo. prodest et confricatis membris, itinerumque lassitudines et fatigationes levat. ad tussim veterem recens decoquitur quadrantis pondere in vini cyathis tribus addito melle.
138 vetus etiam phthisis pilulis sumpta sanat quae sine sale inveterata est. omnino enim non nisi ad ea quae purganda sint aut quae non sint exulcerata salsa recipitur. quidam quadrantes axungiae et mulsi[3] in vini cyathis ternis decocunt contra phthisis, quarto quoque die picem liquidam in ovo sumi iubent, circumligatur et lateribus pectoribus scapulis eorum qui phthisim sentiunt, tantaque est vis ut genibus etiam adalligata redeat in os sapor eamque expuere

[1] quam e sue *Urlichs, Detlefsen*: sue *codd.*: *uncos ponit Mayhoff.*
[2] *Uncos ego posui. In textu* esse dicitur *Mayhoff, qui etiam* intellegitur *coni.*: est igitur *codd.*
[3] mulsi *vulg., Detlefsen, Mayhoff*; multis *codd.*

[a] The emendation of Urlichs seems to be the best solution of the difficulty presented by the MS. reading.
[b] If we bracket, as being a scribe's or commentator's note, from *multo* to *apris*, there is no need further to emend this sentence.

Therefore I shall not speak of other grease than that of the pig.[a] By far the more beneficial is that from a sow that has not littered, [but much more excellent is that of boars.[b]] Axle-grease then is used for softening, warming, dispersing, and cleansing. Certain medical men recommend for gout a mixture of it with goose grease, bull suet and suint; if however the pain should persist, they add wax, myrtle berries, resin, and pitch. Unsalted axle-grease is good for burns or frost-bite; for chilblains add equal measures of barley-ash and gall nuts. It is also beneficial for chafed limbs, and relieves weariness and fatigue from a journey. Fresh axle-grease, three ounces in three cyathi of wine with honey added, is boiled down for chronic cough. Old grease taken in pills cures even consumption, but it must have matured without salt, for salt grease is not recommended at all except where cleansing is required and where there is no ulceration. Some boil down three ounces of axle-grease and of honey wine in three cyathi of wine to treat consumption, recommending that on every fourth day liquid pitch should be taken in egg. Poultices of it are applied to the sides, chest, and shoulders of consumptive patients, and so great is its power that even when fastened to the knees as an amulet the taste comes back [c] to the mouth and they seem to be spitting it out. Fat from a sow that has not littered is used with very great advantage by women as a cosmetic, but for itch any kind [d] is good, mixed with a third part

[c] In the context *redeat* is strange. May it mean: "comes to its natural place"?

[d] With *quivis* understand *adeps* and a verb like *medetur*. So Littré: "toute espèce de graisse est bonne." Perhaps, however, it is "anybody (and not women only) can use."

139 videantur. e sue quae non peperit aptissime utuntur ad cutem mulieres, contra scabiem vero quivis admixto iumentorum sebo pro parte tertia et pice, pariterque subfervefactis. sincera partus in abortum vergentes nutriunt collyrii modo subdita. cicatrices concolores facit cerussa admixta vel argenti spuma, at cum sulpure unguium scabritias emendat. medetur et capillis fluentibus et ulceribus in capite mulierum cum gallae parte quarta et infumata pilis oculorum. datur et phthisicis unciatim cum vini veteris hemina decocta donec tres unciae e toto restent, aliqui et
140 mellis exiguum adiciunt. panis inlinitur cum calce, item furunculis duritiaeque mammarum. rupta et convulsa et spasmata et luxata sanat, clavos et rimas callique vitia cum helleboro albo, parotidas admixta farina salsamentariae testae, quo genere proficit et ad strumas. pruritus et papulas in balineo perunctis tollit, alioque etiamnum modo podagricis prodest mixto oleo vetere, contrito una sarcophago lapide et quinquefolio tuso in vino vel cum calce vel cum cinere. facit et peculiare emplastrum LXXVX ponderi centum spumae argenteae mixtis, utilissimum contra ulcerum inflammationes.[1] adipe verrino et inungui putant utile, quaeque serpant inlinere cum resina.
141 antiqui axibus vehiculorum perunguendis maxime ad faciliorem circumactum rotarum utebantur, unde nomen, sic quoque utili medicina cum illa ferrugine
142 rotarum ad sedis vitia virilitatisque. [et per se axungia][2] medici antiqui maxime probabant renibus

[1] *Hoc punctum post* verrino *ponit Mayhoff.*
[2] *Ego uncos posui ex Mayhoffii coniectura.*

[a] *spasmata* may be a gloss, for Pliny renders the Greek *σπάσματα* by *convulsa.*

of beef suet and pitch, all being warmed together. Unsalted axle-grease used as a pessary nourishes the foetus when there is the threat of a miscarriage. Mixed with white lead or litharge lard gives to scars the colour of the surrounding skin, and with sulphur cleans scabrous nails. It cures too the falling-out of hair, and with a quarter of a gall nut sores on the head of women; as a fumigant it is good for eyelashes. It is also given to consumptives, in doses of one ounce with a hemina of old wine boiled down until of the whole three ounces remain; some add also a little honey. With lime it is applied to superficial abscesses, also to boils and to indurations of the breasts. It cures ruptures, sprains, cramps,[a] and dislocations; with white hellebore corns, chaps, and callosities; and parotid swellings with pounded earthenware that has contained salted food, the same being also good for scrofulous sores. Rubbing in the bath with this fat removes irritation and pimples, and administered in yet another way it is good for gout: mixed with old oil, crushed sarcophagus [b] stone, and cinquefoil pounded in wine, or with lime, or with ash. A special plaster too is made of 75 denarii by weight of lard mixed with 100 of litharge, very useful for inflamed ulcers. They also think it useful to treat such sores with boar's grease, and to apply it with resin to those that spread. The men of old used lard in particular for greasing the axles of their vehicles, that the wheels might revolve more easily, and in this way it received its name. So also with that rust of the wheels it made a useful medicament for affections of the anus and of the male genitals. The old physicians valued most the fat taken from

[b] See II. § 211 and XXXVI. § 161.

detractam exemptisque venis aqua caelesti fricabant crebro decoquebantque fictili novo saepius, tum demum adservantes. convenit salsam magis mollire, excalfacere, discutere, utilioremque esse vino lotam. Masurius palmam lupino adipi dedisse antiquos tradidit. ideo novas nuptas illo perunguere postes solitas ne quid mali medicamenti inferretur.

143 XXXVIII. Quae ratio adipis eadem in his quae ruminant sebi est, aliis modis, non minoris potentiae. perficitur omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila tusum aspersa marina crebro. postea coquitur donec odor omnis aboleatur, mox adsiduo sole ad candorem reducitur. a renibus autem
144 omne laudatissimum est. si vero vetus revocetur ad curam, liquefieri prius iubent, mox frigida aqua lavari saepius, dein liquefacere adfuso vino quam odoratissimo. eodemque modo iterum ac saepius cocunt donec virus evanescat. multi privatim sic taurorum leonumque ac pantherarum et camelorum pinguia curari iubent. usus dicetur suis locis.

145 XXXIX. Communis et medullarum est. omnes molliunt, explent, siccant, excalfaciunt. laudatissima e cervis, mox vitulina, dein hircina et caprina. curantur ante autumnum recentes lotae siccataeque

---

[a] The last sentence is added as an afterthought; it differs from a similar remark in § 135. Masurius was apparently a jurist who lived in the reign of Tiberius and later.

[b] Or, "The most highly valued suet is always that from the kidneys."

the kidneys: removing the veins they rubbed it briskly with rain water, boiled it down several times in new earthenware, and then finally stored it away. It is agreed that when salted it has increased power of softening, warming, and dispersing, and that it is more useful when washed with wine. Masurius tells us that the men of old gave the palm to wolf's fat; that, he said, was why new brides were wont to smear with it the door-posts to keep out all evil drugs.[a]

XXXVIII. Corresponding to fat in other animals is suet in ruminants; used in other ways it is of no less potency. All suet is prepared by taking out the veins, washing in sea-water or salt water, and then pounding in a mortar with frequent sprinklings of sea-water. Afterwards it is boiled until all smell disappears, and then by continual exposure to the sun it is bleached to a shining white. All suet from the kidneys is highly valued.[b] But if stale suet is being put to use, it is recommended first to melt it, then wash it several times in cold water, and then to melt it after pouring on it wine with the most fragrant bouquet. They boil it in the same way again and again, until all the rankness disappears. Many recommend that in this way should be prepared the fat in particular of bulls, lions, panthers, and camels. Their use will be given in the appropriate places. *Suet.*

XXXIX. The various marrows too are all in use. All marrow is emollient, filling, drying, and warming. The most highly valued is that of deer, next of calves, and then of goats, male and female. Marrow is prepared before autumn; it should be fresh, washed, dried in the shade, then passed melted through a *Marrow.*

in umbra, per cribrum dein liquatae per lintea exprimuntur ac reponuntur in fictili locis frigidis.

146 XL. Inter omnia autem communia animalium vel praestantissimum effectu fel est. vis eius excalfacere, mordere, scindere, extrahere, discutere. minorum animalium subtilius intellegitur et ideo ad oculorum medicamenta utilius existimatur. taurino praecipua potentia etiam in aere pelvibusque aureo colore obducendis. omne autem curatur recens praeligato ore lino crasso, demissum in ferventem aquam semihora, mox siccatum sine sole atque in melle conditum. damnatur equinum tantum inter venena. ideo flamini sacrorum equum tangere non licet, cum Romae publicis sacris equus etiam immoletur.

147 XLI. Quin et sanguis eorum[1] septicam vim habet, item equarum, praeterquam virginum; erodit, emarginat ulcera. taurinus quidem recens inter venena est excepta Aegira. ibi enim sacerdos Terrae vaticinatura sanguinem tauri bibit prius quam in specus descendat. tantum potest sympathia illa de qua loquimur, ut aliquando religione aut loco fiat.
148 Drusus tribunus plebei traditur caprinum bibisse, cum pallore et invidia veneni sibi dati insimulare Q. Caepionem inimicum vellet. hircorum sanguini tanta vis est ut ferramentorum subtilitas non aliter acrius

[1] eorum *codd.*: equorum *Warmington.*

---

[a] A town in Achaia.

[b] See XXIV. §§ 1–3, XXIX. § 61, and Additional Note, p. 564. See the same note for the view that bull's blood is poison.

[c] Tribune of the people in 91 B.C., and murdered the same year. He was a supporter of the Italians in their claim to Roman citizenship.

sieve, strained through a linen cloth, and then stored away in an earthenware vessel in a cool place.

XL. But of all the parts common to animals gall is by far the most efficacious. Its nature is warming, pungent, dissolvent, extractive, and dispersive. That of the smaller animals is understood to be more delicate, and so is thought to be more useful for eye medicaments. Bull's gall is particularly potent, staining even bronze and basins with a golden colour. All gall is prepared when fresh by tying with stout thread the mouth of the gall bladder, steeping it for half an hour in boiling water, then drying it out of the sun, and storing away in honey. That of horses alone is condemned as a poison. Therefore the sacrificial flamen is not allowed to touch a horse, although at the public sacrifices at Rome a horse is even offered as a victim. *Gall.*

XLI. Moreover the blood of horses has a corrosive power; the blood of mares also, except that of virgin animals. It cleans out ulcers and eats away their lips. Fresh bull's blood indeed is reckoned one of the poisons, except at Aegira.[a] For there the priestess of Earth, when about to prophesy, drinks bull's blood before she goes down into the caves. So strong is that famous sympathy [b] I speak of that it sometimes becomes active under the influence of religious awe or of a place. Drusus,[c] tribune of the people, is reported to have drunk goat's blood because he wished, by his pallor, to accuse his enemy Q. Caepio of having poisoned him, and so to arouse hatred against him.[d] So great is the power of he-goats' blood that iron tools cannot in any other way be hardened *Blood.*

[d] Or, "to arouse hatred against his enemy Q. Caepio, his pallor suggesting that he had been poisoned by him."

induretur, scabritia tollatur vehementius quam lima. non igitur et sanguis animalium inter communia dici potest et ideo suis quisque dicetur effectibus.

149 XLII. Digeremus enim in mala singula usus plurimumque[1] contra serpentes. exitio his esse cervos nemo ignorat ut, si quae sunt,[2] extractas cavernis mandentes. nec vero ipsi spirantesque tantum adversantur, sed membratim quoque. fugari eas nidore cornus eorum, si uratur, dictum est, at e summo gutture ustis ossibus congregari dicuntur. pelles eiusdem animalis substratae securos praestant ab eo metu

150 somnos, coagulum ex aceto potum ab ictu, et si omnino tractatum sit, eo die non ferit serpens. testes quoque eius inveterati vel genitale vetus[3] maris salutariter dantur in vino, item venter quem centipellionem vocant. fugiunt et omnino dentem cervi habentes aut medulla perunctos sebove cervi aut vituli. summis autem remediis praefertur hinnulei coagulum matris utero execti, ut indicavimus.

151 sanguine cervino, si una urantur dracontion et cunilago et anchusa lentisci ligno, contrahi serpentes tradunt, dissipari deinde, si sanguine detracto adiciatur pyrethrum. invenio apud auctores Graecos animal cervo minus et pilo demum simile, quod

[1] plurimumque *codd.*: primumque *Pintianus, Sillig, Mayhoff.*

[2] ut, si quae sunt *codd.*: utique spiritu *Pintianus*: vestigantes et *coni. Mayhoff*: ut pi credimus *Warmington.*

[3] vetus *I. Müller, Mayhoff*: eius *codd.*: *del. Detlefsen.*

---

[a] See VIII. § 118.

[b] The *centipellio* is the second stomach of ruminating animals.

[c] See VIII. § 118.

to a finer edge, and roughness is smoothed more thoroughly by it than by a file. Accordingly blood cannot be included among the remedies common to animals, and so each kind of blood will be discussed according to its effects.

XLII. For I shall arrange remedies according to each malady, serpents' bites requiring very full treatment. Nobody is unaware that deer are their deadly enemies, in that they drag any they may find from their holes and eat them. Not only, however, when whole and alive are they the enemy of serpents; the parts of their body are so also. The fumes from their horns when burnt, as I have said,[a] keep serpents away; but if the topmost bones of a stag's neck have been burnt, serpents are said to assemble. The skins of the same animal make a bed on which one may sleep without fear of snakes, and the rennet taken in vinegar prevents being bitten; if it is merely handled, in fact, on that day no serpent strikes. A stag's testicles dried, or the dried male organ, are in wine a salutary drink; so is that stomach which is called *centipellio*.[b] Serpents keep away from those who have about them merely a stag's tooth, or have been rubbed with the marrow or suet of stag or fawn. As I have already pointed out,[c] to sovereign remedies is preferred the rennet of a young stag cut from his mother's uterus. Stag's blood, if with it are burnt on a lentisk-wood fire dracontion, cunilago and anchusa, is said to collect serpents together; then they scatter, it is said, if in place of blood pyrethrum is added. In my Greek authorities I find mentioned an animal that they call ophion,[d] smaller than a stag and like it only

Remedies for snake bite.

[d] See XXX. § 146.

ophion vocaretur, Sardiniam tantum ferre solitam.
hoc interisse arbitror et ideo medicinas ex eo omitto.
152 Apri quoque cerebrum contra eas laudatur cum
sanguine, iocur etiam inveteratum cum ruta potum
ex vino, item adips cum melle resinaque, simili modo
verrinum iocur et fellis dumtaxat fibra X IIII pondere
vel cerebrum in vino potum. caprarum cornu vel
pilis accensis fugari serpentes dicunt, ciueremque ex
cornu potum vel inlitum contra ictus valere, item
lactis haustus cum uva taminia vel urinae cum aceto
scillite, caseum caprinum cum origano inpositum vel
sebum cum cera. milia praeterea remediorum ex eo
153 animali demonstrantur, sicut apparebit, quod equi-
dem miror, cum febri negetur carere. amplior
potentia feris eiusdem generis, quod numerosissimum
esse diximus, alia vero et hircis. Democritus etiam-
num effectus auget eius qui singularis natus sit. fimo
quoque caprarum in aceto decocto inlini ictus ser-
pentium placet et recentis cinere in vino, atque in
totum difficilius sese recolligentes a serpentium ictu in
154 caprilibus optime convalescunt. qui efficacius volunt
mederi occisae caprae alvum dissectam cum fimo intus
reperto inligant statim. alii carnem recentem hae-
dorum cum [1] pilo suffiunt eodemque nidore fugant
serpentes. utuntur et pelle eorum recente ad [2]

[1] cum *add. C. F. W. Müller.*
[2] *Ante* ad *comma transponit Mayhoff.*

---

[a] This seems like a vague and inaccurate reference to the goat as the cause of Malta fever.
[b] See VIII. 214.

in its hair, which is found nowhere save in Sardinia. I believe that it is extinct today, and therefore I give no remedies from it. The brain and blood of a wild boar is another approved protection against serpents, as is its liver preserved and taken in wine with rue, likewise the fat with honey and resin, and given in the same way boar's liver and the fibre only of the gall-bladder, the dose being four denarii by weight, or the brain taken in wine. The horn or hair of she-goats, when burnt, is said to keep serpents away, and the ash from the horn, whether taken in drink or applied, to be efficacious for their bites; as are also draughts of their milk with taminian grapes, or of their urine with squill vinegar; so too an application of goat cheese with marjoram, or of goat suet with wax. Thousands of remedies besides from the goat are given in prescriptions, as will be pointed out; this is surprising to me, because it is said never to be free from fever.[a] The potency of the wild-goat—goats are a very numerous species, as I have said [b]—is greater, but a he-goat too has a potency of its own. Democritus also holds that if a goat is the only one at a birth he supplies more efficacious remedies. An application also of she-goat's dung boiled down in vinegar is approved treatment for snake bite, and so is the ash of fresh dung boiled down in wine; speaking generally, slow convalescents from snake bite recover best in a goat's stable. Those who want more efficacious treatment apply immediately as a plaster a slaughtered she-goat's belly cut open, including any dung found inside. Others fumigate with fresh kid-meat, not taking away the hair, and with the same fumes drive snakes away. They also use a fresh kid-skin for the wound, or the flesh and dung

plagas, et carne et fimo equi in agro pasti, coagulo leporis ex aceto, contraque scorpionem et murem araneum. aiunt non feriri leporis coagulo perunctos.
155 a scorpione percussis fimum caprae efficacius cum aceto decoctum auxiliatur, lardum iusque decocti potum et his qui buprestim hauserint. quin etiam si quis asino in aurem percussum a scorpione se dicat, transire malum protinus tradunt, venenataque omnia accenso pulmone eius fugere. et fimo vituli suffiri percussos a scorpione prodest.

156 XLIII. Canis rabiosi morsu facta volnera circumcidunt ad vivas usque partes quidam carnemque vituli admovent—et ius ex eodem carnis decoctae dant potui [1]—aut axungiam cum calce tusam, hirci iocur, quo inposito ne temptari quidem aquae metu adfirmant. laudant et caprae fimum ex vino inlitum, melis et cuculi et hirundinis decoctum et potum. ad reliquos bestiarum morsus caprinum caseum siccum cum origano inponunt et bibi iubent, ad hominis morsus carnem bubulam coctam, efficacius vituli, si non ante quintum diem solvant.

157 XLIV. Veneficiis rostrum lupi resistere inveteratum aiunt ob idque villarum portis praefigunt. hoc idem praestare et pellis e cervice solida manica existimatur, quippe tanta vis est animalis praeter ea quae retulimus ut vestigia eius calcata equis adferant torporem.

[1] *Parenthesim ego indicavi.*

---

[a] It eases the construction to take from *et ius* to *potui* as a parenthesis, a common feature of Pliny's style.

of a horse fed by pasture and the rennet of a hare in vinegar; the same for scorpions and the shrew-mouse. It is said that rubbing with hare's rennet protects from being stung or bitten. Those stung by a scorpion are helped by she-goat's dung, more efficaciously if it is boiled down in vinegar; the fat and broth of the decoction, if drunk, helps those too who have swallowed a buprestis. Moreover, if anyone says in the ear of an ass that he has been stung by a scorpion, the mischief, it is said, at once passes over into the animal, all venomous creatures run away from an ass's burning lung, and those stung by a scorpion are benefited by fumigation with the dung of a calf.

XLIII. Wounds made by the bite of a mad dog some cut round into the quick and apply veal, giving to drink veal broth,[a] or else axle-grease pounded with lime, or he-goat's liver, an application of which is said to keep off entirely the dread of water. Approved treatment is also she-goat's dung applied in wine, and to drink a decoction of the dung of badger, cuckoo and swallow. For the other beast-bites dried goat's cheese with marjoram is applied and recommended to be taken in drink; to human bites is applied boiled beef, boiled veal being more efficacious, if it is not taken off before the fifth day. *Remedies for bites of mad dogs.*

XLIV. Sorceries are said to be counteracted by a wolf's preserved muzzle, and for this reason they hang one up on the gates of country houses. The same effect is supposed to be given by the whole fur from a wolf's neck, the legs included, for so great is the power of the animal that, besides what I have already stated, his footprints when trodden on by horses make them torpid. *Sorceries.*

158 XLV. Iis qui argentum vivum biberint lardum remedio est. asinino lacte poto venena restinguntur, peculiariter si hyoscyamum potum sit aut viscum aut cicuta aut lepus marinus aut opocarpatum aut pharicum[1] aut dorycnium et si coagulum alicui nocuerit, nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione. multos et alios usus eius dicemus, sed meminisse oportebit recenti utendum aut non multo postea tepefacto, nullum enim celerius evanescit. ossa quoque asini confracta et decocta contra leporis marini venenum dantur. omnia eadem onagris efficaciora.
159 de equiferis non scripserunt Graeci, quoniam terrae illae non gignebant, verum tamen fortiora omnia eadem quam in equis intellegi debent. lacte equino venena leporis marini et toxica expugnantur. nec uros aut bisontes habuerunt Graeci in experimentis, quamquam bove fero refertis Indiae silvis, portione tamen eadem efficaciora omnia ex his credi par est.
160 sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt, maxime supra dicta et si ephemerum inpactum sit aut si cantharides datae, omnia vomitione egeri, sic et caprino iure cantharidas. contra ea vero quae exulceratione enecant sebum vitulinum vel bubulum auxiliatur. nam contra sanguisugas potas butyrum remedio est cum aceto ferro calefacto, quod et per se prodest contra venena. nam si oleum non

[1] pharicum *Hermolaus Barbarus*; *cf. Scribonius Largus CXCV*: agaricum *Detlefsen*: cerussa *Mayhoff*: carice V: tarice R: caryced.

---

[a] Unknown.

[b] See Scribonius Largus CXCV.

[c] Ephemerum was used in a mouth-wash, and so very liable to be swallowed by accident. The word *inpactum* is curious, and probably corrupt, but the sense is clear.

XLV. Those who have swallowed quicksilver find a remedy in lard. By drinking ass's milk poisons are neutralized, especially if henbane has been swallowed, or mistletoe, hemlock, sea-hare, opocarpathum,[a] pharicum,[b] dorycnium, or if milk has done harm by curdling, for there is poison in the first coagulation of it. I shall give many other uses of ass's milk, but it should be remembered to use it when fresh, or nearly fresh and warmed, for no milk loses its power more rapidly. The bones too of the ass, crushed and boiled, are given for the poison of the sea-hare. All these remedies are more efficacious from the wild ass. About wild horses the Greeks have not written, because Greek lands did not breed them, but it must be inferred that all remedies from them are more potent than from the tame animal. By mare's milk are neutralized the poison of the sea-hare and arrow poisons. The Greeks had not the urus or the bison to try out, although the Indian jungles swarm with wild cattle. All the same remedies from them, however, it is reasonable to believe, are proportionally more efficacious. So cow's milk too is said to neutralize all poisons, especially those mentioned before, and if ephemerum has gone down the throat[c] or Spanish fly[d] administered, and to expel by vomiting all the noxious substances; goat broth also to act in the same way on Spanish fly. Those poisons however that cause fatal ulceration are relieved by veal-suet or beef-suet. But for leeches swallowed in drink butter, with vinegar warmed by hot iron, is a remedy, butter even by itself being beneficial against poisoning, for if one has no oil butter is a good substitute.

Remedies for poisons.

[d] For an interesting account of Spanish fly, really a kind of beetle, see W. T. Fernie, *Animal Simples*, pp. 176–180.

161 sit, vicem eius repraesentat. multipedae morsus cum
melle sanat. omasi quoque iure poto venena supra
dicta expugnari putant, privatim vero aconita et cicu-
tas, itemque vitulino sebo. caprinus caseus recens
his qui viscum biberint, lac contra cantharidas
remedio est et contra ephemeri potum cum taminia
uva. sanguis caprinus decoctus cum medulla contra
toxica venena sumitur, haedinus contra reliqua,
162 coagulum haedi contra viscum et chamaeleonem
album sanguinemque taurinum, contra quem et
leporis coagulum est ex aceto, contra pastinacam vero
et omnium marinorum ictus vel morsus coagulum
leporis vel haedi vel agni drachmae pondere ex vino.
leporis coagulum et contra venena additur antidotis.
papilio quoque lucernarum luminibus advolans inter
mala medicamenta numeratur. huic contrarium est
iocur caprinum, sicut fel veneficis ex mustella rustica
factis. hinc deinde praevertemur ad genera mor-
borum.

163 XLVI. Capilli defluvia ursinus adips admixto
ladano et adianto continet alopeciasque emendat et
raritatem superciliorum cum fungis lucernarum ac
fuligine quae est in rostris earum, porriginem cum
vino. prodest ad hanc et cornus cervini cinis e vino,
utque non taedia animalium capillis increscant, item
fel caprinum cum creta Cimolia et aceto sic uti paulum
capiti inarescant, item fel scrofinum, urina tauri. si
vero vetus sit, furfures etiam adiecto sulpure emen-
164 dat. cinere genitalis asini spissari capillum putant et
a canitie vindicari, si rasis inlinatur plumboque tritus

[a] See Book XXVI. § 47, and for the plants mentioned in this section of Pliny the *Index of Plants* in vol. VII.

It and honey together cure the bites of millipedes. Tripe broth and also veal suet are thought to neutralize the poisons mentioned above, especially however aconite and hemlock. Fresh goat-cheese is a remedy for those who have taken mistletoe in drink, as is goat's milk for Spanish fly, and with Taminian grapes for swallowing ephemerum. Goat's blood boiled with the marrow is taken for arrow poison, kid's for the other poisons, kid's rennet for mistletoe, white chamaeleon and bull's blood, for which another remedy is hare's rennet in vinegar; for the sting-ray however, and for the stings or bites of all sea creatures, hare's rennet or that of a kid or lamb, the dose being a drachma by weight in wine. Hare's rennet is also an ingredient of antidotes against poisons. The moth too that flutters to the lamp-light is counted among noxious drugs; an antidote is goat's liver, as is its gall for sorcerer's potions made from the field weasel. At this point I shall return to the various kinds of diseases.

XLVI. Bear's grease mixed with ladanum[a] and adiantum prevents the hair from falling out, and cures mange, and scanty eyebrows, if mixed with the lamp-black from lamp wicks and the soot that collects in their nozzles. Mixed with wine it cures dandruff. Good too for the last is the ash of deer's horn in wine, good also to prevent vermin from breeding in the hair, likewise goat's gall with Cimolian chalk and vinegar, the mixture being allowed to dry a little on the head; sow's gall too, and the urine of a bull. If indeed it should be old, with the addition of sulphur it also cures dandruff. It is thought that a thicker growth of hair and prevention of greyness are given by an ass's genital organ reduced to ash; *For complaints of the scalp, etc.*

cum oleo, densari et asinini pulli illitum [1] urina; ad-
miscent nardum fastidii gratia. alopecias felle
taurino cum Aegyptio alumine tepefactis inlinunt.
ulcera capitis manantia urina tauri efficaciter sanat,
item hominis vetus, si cyclaminum adiciatur et sulpur,
efficacius tamen vitulinum fel, quo cum aceto cale-
165 facto et lendes tolluntur. sebum vitulinum capitis
ulceribus cum sale tritum utilissimum. laudatur et
vulpium adips, sed praecipue felium fimum cum
sinapis pari modo inlitum, caprini cornus farina vel
cinis, magisque hircini, addito nitro et tamaricis
semine et butyro oleoque, prius capite raso; mire
continent ita fluentem capillum, sicuti carnis cinere
166 ex oleo inlita supercilia nigrescunt. lacte caprino
lendes tolli tradunt, fimo cum melle [2] alopecias expleri,
item ungularum cinere cum pice. fluentem capillum
continet leporinus cinis cum oleo myrteo. capitis
dolorem sedat pota aqua quae relicta est e bovis aut
asini potu et, si credimus, vulpis masculae genitale
circumligatum, cornus cervini cinis inlitus ex aceto
aut rosaceo aut ex irino.

167 XLVII. Oculorum epiphoras bubulo sebo cum oleo
cocto inlinunt. cervini cornus cinere scabritias ex
eodem [3] inunguunt, mucrones autem ipsos efficaciores
putant. lupi excrementis circumlini suffusiones

[1] illitum *Mayhoff*: cum *codd.*: *del. Detlefsen.*

[2] melle] *Coni.* oleo *e Dioscoride Mayhoff.*

[3] ex eodem *Mayhoff*: eorundem *Hard., Detlefsen*: eodem *multi codd., vulg.*

---

[a] The reading of Mayhoff is plausible and has been adopted, but the reading of the MSS., although there is a violent omission of several words understood from the preceding sentence, makes sense: "[the same part] of an ass's foal with his urine, also thickens the hair."

this should be pounded with oil in a leaden mortar, and applied after shaving the head. They also think that thicker hair is encouraged by applying [a] the urine of a young ass. Nard is mixed with it because of its nastiness. For mange is applied warmed bull's gall with Egyptian alum. Running sores on the head are healed efficaciously by bull's urine, also by stale human urine with the addition of cyclamen and sulphur, more efficaciously however by the gall of a calf, which warmed with vinegar also removes nits. For sores on the head calf's suet pounded with salt is very useful. Fox fat is also recommended, but especially cats' dung applied with an equal quantity of mustard; goat's horn, ground to powder or reduced to ash, a he-goat's being better, with the addition of soda, tamarisk seed, butter, and oil, the head being first shaved; this treatment is wonderful for preventing loss of hair, just as goat's meat, reduced to ash and applied with oil, darkens the eyebrows. Goat's milk is said to remove nits, the dung with honey to replace hair lost by mange, likewise the hoofs reduced to ash and added to pitch. Hare's flesh reduced to ash, with oil of myrtle, prevents hair from falling out. Headache is relieved by drinking the water left after an ox or ass has drunk, and also, if we care to believe it, by the genital organ of a male fox fastened round the head, and by a deer's horn reduced to ashes and applied in vinegar, rose oil, or iris oil.

XLVII. To eye fluxes is applied beef suet boiled with oil; scabrous eyes are smeared with the same and deer's horn reduced to ash, but the tips by themselves are thought to be more efficacious. Cataract is benefited by applying round the eyes the excrement of *For complaints of the eyes.*

prodest, cinere eorum cum Attico melle inungui obscuritates, item felle ursino, epinyctidas adipe apruno cum rosaceo. ungulae asininae cinis inunctus e suo lacte oculorum cicatrices et albugines tollit.
168 medulla bubula e dextro crure priore trita cum fuligine pilis et palpebrarum vitiis angulorumque occurrit, calliblephari modo fuligo in hoc usu temperatur, optime ellychnio papyracio oleoque sesamino, fuligine in novum vas pinnis detersa, efficacissime tamen evolsos ibi pilos coercet. felle tauri cum ovi albo collyria fiunt, aquaque dissoluta inun-
169 gunt per quadriduum. sebum vituli cum anseris adipe et ocimi suco genarum vitiis aptissimum est. eiusdem medullae cum pari pondere cerae et olei vel rosacei addito ovo duritiae genarum inlinuntur. caseo molli caprino inposito ex aqua calida epiphorae sedantur, si tumor sit, ex melle; utrumque sero calido fovendum. sicca lippitudo lumbulis suum exustis
170 atque contritis et inpositis tollitur. capras negant lippire, quoniam quasdam herbas edint, item dorcadas; ob id fimum earum cera circumdatum nova luna devorari iubent. et quoniam noctu aeque[1] cernant, sanguine hircino lusciosos sanari putant nyctalopas a Graecis dictos, caprae vero iocinere in vino austero decocto. quidam inassati iocineris sanie inungunt aut felle caprae, carnesque vesci eas et,

[1] aeque *Detlefsen*: quoque aeque *Mayhoff*: aeque quoque *plerique codd.*: quoque r.

---

[a] For these see List of Diseases.
[b] A possible reason for removing the eyelashes and for preventing their regrowth is revealed in § 171.
[c] A cosmetic for the eyebrows.

a wolf, dimness by smearing them with its ash and Attic honey, also with bear's gall, and epinyctis [a] with wild boar's fat and rose oil. The ash of an ass's hoof smeared on the eyes with the same ass's milk removes scars and albugo. The marrow from the right front leg of an ox, pounded and added to soot, combats [b] eyelashes, affections of the eyelids and of the corners of the eyes (the soot for this purpose is prepared as for a calliblepharum,[c] best from a papyrus wick and sesame oil, the soot being wiped off with feathers into a new vessel), very efficiently however it prevents the hairs once pulled out there from growing again. From the gall of a bull with white of egg are made eye-salves, and dissolved in water they are applied for four successive days. Calf suet with goose-grease and juice of ocimum is very good for affections of the eye-lids. Calf marrow, with equal weights of wax and of oil or rose-oil, with an egg added, is applied to indurations of the eye-lids. Eye fluxes are relieved by an application in warm water of soft cheese made from goat's milk, or, if there is swelling, in honey; in both cases there should be fomentation with warm whey. Dry ophthalmia is cured by taking the small loins of pork, burning, pounding, and then placing them on the eyes. She-goats are said never to suffer from ophthalmia, because of certain herbs they eat, and likewise gazelles; for this reason it is recommended that at the new moon their dung should be swallowed, coated with wax. Since they see equally well at night, it is thought that those who have no night vision (the Greeks call them *nyctalopes*) are cured by the blood of a he-goat, but also by the liver of a she-goat boiled down in a dry wine. Some smear the eyes with the gravy from a she-goat's roasted

dum coquantur, oculos vaporari his praecipiunt. id quoque referre arbitrantur ut rutili coloris fuerint.
171 volunt et suffiri oculos iocinere in ollis decocto, quidam inassato. fel quidem caprinum pluribus modis adsumunt, cum melle contra caligines, cum veratri candidi tertia parte contra glaucomata, cum vino contra cicatrices et albugines et caligines et pterygia et argema, ad palpebras vero evolso prius pilo cum
172 suco oleris ita ut unctio inarescat, contra ruptas tuniculas cum lacte mulieris. ad omnia inveteratum fel efficacius putant, nec abdicant fimum ex melle inlitum epiphoris, contraque dolores medullam, item pulmonem leporis, et ad caligines fel cum passo aut melle. lupino quoque adipe vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines praecipiunt. nam vulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant.

173 XLVIII. Aurium dolori et vitiis medentur urina apri in vitreo servata, fel apri vel suis vel bubulum cum oleo citreo [1] et rosaceo aequis portionibus, praecipue vero taurinum cum porri suco tepidum vel cum melle, si suppuret,[2] contraque odorem gravem per se tepefactum in malicorio. rupta in ea parte cum lacte
174 mulierum efficaciter sanat. quidam etiam in gravitate aures sic perluendas putant, alii cum senecta serpentium et aceto—includunt lana—collutas ante

[1] citreo *codd., Detlefsen*: cedrino *Mayhoff e Marcello*: citrino f: cicino *Caesarius.*

[2] suppuret dxr, *Detlefsen*: supperet VR: suppurent *Mayhoff, vulg.*

---

[a] For these see List of Diseases.

[b] With Mayhoff's reading: "cedar."

liver, or with its gall; they prescribe its meat as a food, and fumigation of the eyes with the steam that arises from the cooking; they also consider it important for the animal to have been of a red colour. They also wish the eyes to be fumigated with the steam of the liver boiled in a clay pot; some say that it should be roasted. The gall indeed of goats is employed in many ways; with honey for dimness; with a third part of white hellebore for opaqueness of the lens; with wine for scars, albugo,[a] dimness, pterygia,[a] and argema [a]; but with cabbage juice for affections of the eyelids, the hairs being first pulled out, and the application being left to dry; with human milk for rupture of the eye-coats. For all purposes preserved gall is thought to be more efficacious. Goat's dung with honey is a not unvalued ointment for eye fluxes, or the marrow for eye pains, or a hare's lung, and for dimness its gall with raisin wine or honey. Wolf's fat also or pig's marrow is prescribed as an ointment for ophthalmia. But it is said that those who carry a fox's tongue in a bracelet will never suffer from ophthalmia.

For complaints of the ears.

XLVIII. Pain in the ears and ear affections are cured by the urine of a wild boar kept in a glass vessel, by the gall of a wild boar, pig, or ox, with citrus [b] oil and rose oil in equal proportions, but best of all by warm bull's gall with leek juice, or with honey should there be suppuration, and for foul odour the gall by itself warmed in a pomegranate rind. Ruptures in this region are thoroughly healed by the gall with woman's milk. Some hold that for hardness of hearing also the ears should be rinsed out with this wash, others add serpents' slough and vinegar (they insert the mixture on wool), the ears being

calida aqua aut, si maior sit gravitas, taurinum[1] fel cum murra et ruta in malicorio excalfactum infundunt, lardum quoque pingue; item fimum asini recens cum rosaceo instillatur, omnia tepefacta. utilior equi spuma vel equini fimi recentis cinis cum rosaceo, butyrum recens, sebum bubulum cum adipe anserino, urina caprae vel tauri aut fullonia vetus, calfacta
175 vapore per lagoenae collum subeunte—admiscent aceti tertiam partem et aliquid murrae—vituli qui nondum herbam gustaverit fimum mixto felle eiusdem et cute[2] quam relincunt angues, excalefactis prius auribus; lana autem medicamina ea includuntur. prodest et sebum vituli cum anseris adipe et ocimi suco, eiusdem medulla admixto cumino trito infusa, virus verrinum e scrofa exceptum priusquam terram
176 attingat contra dolores, auribus fractis glutinum e naturis vitulorum factum et in aqua liquatum; aliis vitiis adips vulpium, item fel caprinum cum rosaceo tepido aut porri suco aut, si rupta sint aliqua ibi, e lacte mulieris; si gravitas audiendi, fel bubulum cum urina caprae vel hirci, vel si pus sit. in quocumque autem usu putant esse efficaciora haec in cornu
177 caprino per dies viginti infumata. laudant et coagulum leporis tertia denarii parte ex dimidiaque sacopenii in Ammineo vino. parotidas ursinus adips conprimit pari pondere cerae et taurini sebi—addunt quidam hypocisthidem—[3] et per se butyrum inlitum,

[1] taurinum *Urlichs, Detlefsen*: verrinum *Mayhoff e Marcello*: aurium *codd., vulg.*
[2] cute d x *Mayhoff*: cutem *multi codd., Detlefsen.*
[3] *Sic dist. Mayhoff.*

---

[a] With Mayhoff's reading: "hog's."
[b] Perhaps "taken out of" (Warmington).

first rinsed with warm water, or, if the hardness of hearing amounts to deafness, they pour in bull's gall [a] with myrrh and rue warmed in pomegranate rind, also fat bacon; or fresh ass's dung with rose oil is inserted in drops, all being warmed. More useful is the foam of a horse, or fresh horse-dung reduced to ash and mixed with rose-oil, fresh butter, beef suet with goose grease, she-goat's or bull's urine, or that used by fullers, stale, and warmed until the steam rises up the neck of the jar (a third part of vinegar is added and little myrrh), the dung, mixed with the gall, of a calf that has not tasted grass added to the slough of snakes, the ears being first warmed; these medicaments are inserted into the ears on wool. Beneficial is also veal suet, with goose grease and juice of ocimum; the marrow of a calf mixed with pounded cummin and poured into the ear; and for ear pains the seminal fluid of a hog, caught [b] as it drips from a sow before it can touch the ground; for fractures of the ears the glue made from the genitals of calves and melted in water; for other affections the fat of foxes, goat's gall with warm rose-oil or with leek juice, or, if any part of the ear has been ruptured, with woman's milk; if there is hardness of hearing, ox gall with the urine of a goat, male or female, or if there is pus. But whatever the use may be, it is thought that these remedies are more efficacious if they are smoke-dried for twenty days in a goat's horn. Another approved treatment is a third of a denarius of hare's rennet and half a denarius of sacopenium in Amminean wine. Parotid swellings are reduced by bear's grease with an equal weight of wax and bull suet (some add hypocisthis), and an application of butter by itself after previous fomentation with a decoction

si prius foveantur feni Graeci decocti suco, efficacius cum strychno. prosunt et vulpium testes et taurinus sanguis aridus tritus, urina caprae calefacta instillata auribus, fimum eiusdem cum axungia inlitum.

178 XLIX. Dentes mobiles confirmat cervini cornus cinis doloresque eorum mitigat, sive infricentur sive colluantur. quidam efficaciorem ad omnes eosdem usus crudi cornus farinam arbitrantur. dentifricia utroque modo fiunt. magnum remedium est et in luporum capitis cinere. certum est in excrementis eorum plerumque inveniri ossa; haec adalligata eundem effectum habent, item leporina coagula per aurem infusa contra dolores. et capitis eorum cinis dentifricium est adiectoque nardo mulcet graveo-
179 lentiam oris. aliqui murinorum capitum cinerem miscuisse malunt. reperitur in latere leporis os acui simile, hoc scarifare dentes in dolore suadent. talus bubulus accensus eos qui labant cum dolore admotus confirmat. eiusdem cinis cum murra dentifricium est. ossa quoque ex ungulis suum combusta eundem usum praebent, item ossa ex acetabulis pernarum
180 circa quae coxendices vertuntur. isdem sanari demissis in fauces iumentorum verminationes notum est, sed et combustis dentes confirmari, asinino quoque lacte percussu vexatos aut dentium eiusdem cinere, item lichene equi cum oleo infuso per aurem. est autem hoc non hippomanes, quod alioqui noxium
181 omitto, sed in equorum genibus ac super ungulas.

of fenugreek, more efficaciously with the addition of strychnos. Beneficial also are the testicles of foxes and bull's blood dried and pounded, she-goat's urine warmed and poured by drops into the ear, and an application of she-goat's dung with axle-grease.

XLIX. Loose teeth are made tight by the ash of *For the teeth.* deer's horn, which relieves their pain, whether used as dentifrice or in a mouth wash. Some consider more efficacious for all the same purposes the unburnt horn ground to powder. Dentifrices are made in either way. A grand remedy too is a wolf's head reduced to ash. It is certain that bones are generally found in the excrements of wolves. Used as an amulet these have the same effect, and hare's rennet relieves toothache if poured through the ear. Hare's head reduced to ash makes a dentifrice, and with nard added corrects a bad odour from the mouth. Some prefer to add as well ash from the burnt heads of mice. There is found in the flank of a hare a bone like a needle, with which they recommend aching teeth to be scraped. The ignited pastern bone of an ox, applied to teeth that are loose and aching, tightens them; the ash of the same with myrrh makes a dentifrice. The bones also of pigs' feet, when burnt, have the same effect, as have the bones from the sockets round which the hip-bones move. It is well known that by these, when inserted into the throat of draught cattle, worms are cured, that by them, when burnt, teeth are tightened, as they are, when loosened through a blow, by ass's milk, by the ash of an ass's teeth, or by the lichen of a horse poured with oil through the ear. This lichen is not the same as hippomanes, which being pernicious on several grounds I omit, but an excrescence on the knees of

praeterea in corde equorum invenitur os dentibus caninis maximis simile, hoc scarifari dolorem aut exempto dente mortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat demonstrant. equarum virus a coitu in ellychniis accensum Anaxilaus prodidit[1] equinorum capitum visus[2] repraesentare monstrifice, similiter ex asinis. nam hippomanes tantas in veneficio vires habet ut adfusum aeris mixturae in effigiem equae Olympiae
182 admotos mares equos ad rabiem coitus agat. medetur dentibus et fabrile glutinum in aqua decoctum inlitum et mox paulo detractum ita ut confestim conluantur vino in quo decocti sunt cortices mali Punici dulcis. efficax habetur et caprino lacte conlui dentes vel felle taurino. talorum caprae recentium cinis dentrifricio placet et omnium fere villaticarum quadrupedum, ne saepius eadem dicantur.

183 L. Cutem in facie erugari et tenerescere candore[3] lacte asinino putant, notumque est quasdam cottidie septies genas[4] custodito numero fovere. Poppaea hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque solia sic temperans, ob hoc asinarum gregibus eam comitantibus. impetus pituitae in facie butyro inlito tolluntur, efficacius cum cerussa, sincero vero ea vitia

[1] *Hic* lichenis *add. I. Müller*: *servat Mayhoff.*

[2] visus *vulg.*: usus *Detlefsen, codd.*

[3] candore *Urlichs, Detlefsen, Mayhoff, qui conicit* candore eius aucto (*vel* lucido): candore custodito *codd.*

[4] septies genas *Mayhoff*: septingenties *multi codd., Hard., Detlefsen*: septingentes VE. *Coni.* sescenties *Warmington.*

---

[a] *Candore* without an epithet or *cum* is odd, as Mayhoff felt when he added *eius aucto*. A repeated *custodito* can hardly be right, even in Pliny. If the *custodito* of the MSS. has replaced a lost adjective or participle it is but guess-work to attempt emendation.

horses and above their hoofs. Moreover, in the heart of horses is found a bone like very large canine teeth; with this they prescribe the painful tooth to be scraped, or with the tooth, corresponding to the place of the aching tooth, extracted from the jawbone of a dead horse. Anaxilaus has informed us that the fluid coming from mares when covered, if ignited on lamp wicks, shows weird appearances of horses' heads, and similarly with asses. But hippomanes has such virulent and magical properties that, added to the molten bronze for a figure of an Olympian mare, it maddens any stallions brought near with a raving sexual lust. Teeth are also healed by workman's glue boiled down in water, applied, and shortly after taken off, the teeth immediately to be rinsed in wine in which the rind of sweet pomegranates has been boiled. It is also thought efficacious to rinse the teeth in goat's milk or bull's gall. The ash from a freshly-killed she-goat's pastern bones makes a popular dentifrice, and, so that I need not repeat myself, the same is true of nearly all female farm quadrupeds.

L. It is thought that ass's milk removes wrinkles from the face, making the skin white [a] and soft, and it is well known that some women every day bathe their cheeks in it seven [b] times, keeping carefully to that number. Poppaea, wife of the Emperor Nero, began this custom, even preparing her bath-tubs with the milk, and for this purpose she was always attended by troops of she-asses. Pituitous eruptions on the face are removed by the application of butter, the addition of white-lead being an improvement, but *For the complexion.*

[b] The *septingenties* of many MSS. must surely be wrong, even as a playful exaggeration. Warmington's suggestion is happy.

quae serpunt, superinposita farina hordeacia, ulcera
184 in facie membrana e partu bovis madida. frivolum videatur, non tamen omittendum propter desideria mulierum, talum candidi iuvenci XL diebus noctibusque, donec resolvatur in liquorem, decoctum et inlitum linteolo candorem cutisque erugationem praestare. fimo taurino malas rubescere aiunt, non ut[1] crocodileam inlini melius sit,[2] sed foveri frigida et ante
185 et postea iubent. testas et quae decolorem faciunt cutem fimum vituli cum oleo et cummi manu subactum emendat, ulcera oris ac rimas sebum vituli vel bovis cum adipe anserino et ocimi suco. est et alia mixtura sebo vituli cum medulla cervi et albae spinae foliis una tritis. idem praestat et medulla cum resina
186 vel si vaccina sit, et ius e carne vaccina. lichenas oris praestantissime vincit glutinum factum e genitalibus vitulorum, liquatum aceto cum sulpure vivo, ramo ficulneo permixtum, ita ut bis die recens inlinatur, item lepras ex melle et aceto decoctum, quas et iocur hirci calidum inlinitum tollit, sicut elephantiasin fel caprinum, etiamnum lepras ac furfures tauri fel addito nitro, urina asini circa canis ortum, maculas in facie fel utriusque per sese aqua infractum evitatisque solibus
187 ac ventis post detractam cutem. similis effectus et in taurino vitulinove felle cum semine cunilae, cinere e

[1] ut *del. Gelenius.*
[2] sit *Urlichs, Mayhoff,* sed (*codd.*) *deleto.*

[a] See § 108. The *non ut* is curious, as the sense requires *non ut non*. Gelenius would delete *ut*. Warmington suggests *ut non*.

[b] Perhaps sun-burn.

spreading sores by unmixed butter with a sprinkling of barley meal on top, and ulcers on the face by the membrane, still moist, that follows the birth of a calf. The following recipe may seem a trifle, but to satisfy the women I must not omit it: the pastern bone of a white bull-calf, boiled for forty days and nights until it melts to a jelly, and applied on a linen cloth, gives whiteness to the skin and smooths away wrinkles. They say that bull's dung brings a rosy colour to the cheeks, though it is better to rub them with crocodilea,[a] but before and after they must be bathed with cold water. Brick-red spots [b] and discolorations of the skin are removed by calf dung kneaded by hand with oil and gum, sores and cracks in the mouth by veal suet or beef suet with goose grease and juice of ocimum. There is yet another compound, veal suet with deer's marrow and whitethorn leaves pounded together. The same effect is given by marrow with resin, even if it is cow marrow, and by the broth from cow beef. An excellent cure for facial lichens is the gluey substance made from the genitals of calves, dissolved in vinegar with native sulphur, stirred up with a fig branch and applied fresh twice a day, and the same boiled down in honey and vinegar for leprous sores, which are also removed by a warm application of he-goat's liver, as is leprosy by goat's gall. Moreover, leprous sores and scurf are removed by bull's gall with soda, or at the rising of the Dog-star by ass's urine; spots on the face by the gall of either animal broken up in water without addition; after the skin has come away sun and winds must be avoided. A similar effect is also obtained by bull's gall or veal gall, with the seed of cunila, and the ash of deer's horn burnt

For affections of the face.

cornu cervino, si canicula exoriente conburatur. asinino sebo cicatricibus a lichene leprisque maxime color redditur. hirci fel et lentigines tollit admixto caseo ac vivo sulpure spongeaeque cinere, ut sit mellis
188 crassitudo. aliqui inveterato felle maluere uti, mixtis calidis furfuribus pondere oboli unius quattuorque mellis, prius defricatis maculis. efficax eiusdem et sebum cum melanthio et sulpure et iride, labrorum fissuris cum anserino adipe ac medulla cervina resinaque et calce. invenio aput auctores his qui lentigines habeant negari magice sacrificiorum usum.

189 LI. Lacte bubulo aut caprino tonsillae et arteriae exulceratae levantur. gargarizatur tepidum ut est usus, expressum aut calefactum. caprinum utilius cum malva decoctum et sale exiguo. linguae exulcerationi et arteriarum prodest ius omasi gargarizatum, tonsillis autem privatim renes vulpium aridi cum melle triti inlitique, anginae fel taurinum vel capri-
190 num cum melle, iocur melis ex aqua. oris gravitatem ulceraque butyrum emendat. spinam aliudve quid faucibus adhaerens felis extrinsecus fimo perfricatis aut reddi aut delabi tradunt. strumas discutit fel aprunum vel bubulum tepidum inlitum—nam coagulum leporis e vino in linteolo exulceratis dumtaxat in-
191 ponitur—discutit et ungulae asini vel equi cinis ex oleo vel aqua inlitus et urina calefacta et bovis ungulae cinis ex aqua, fimum quoque fervens ex aceto, item sebum caprinum cum calce aut fimum ex aceto decoctum testesque vulpini. prodest et sapo, Gal-

at the rising of the lesser Dog-star. By ass suet their natural colour is restored to scars, especially to those left by lichen or leprous sores. Freckles too are removed by he-goat's gall mixed with cheese, native sulphur, and sponge ash; the consistency of the mixture should be that of honey. Some have preferred to use matured gall, mixing one obolus of warm bran and four oboli of honey, the spots being first rubbed. An efficacious mixture is also he-goat's suet with melanthium, sulphur, and iris; for cracks in the lips the suet with goose grease, deer's marrow, resin, and lime. I find in my authorities that those with freckles are debarred from assisting at magic ritual.

LI. Cow's milk or goat's is helpful for ulcerated tonsils or trachea. It is used as a gargle, of the usual warmth, either newly milked or heated. Goat's milk is more useful, boiled down with mallow and a little salt. For ulceration of the tongue or trachea a remedy is a gargle of tripe broth, while for tonsils are specific dried fox kidneys pounded with honey and applied, and for quinsy bull's or goat's gall with honey, or badger's liver in water. Butter remedies offensive breath and ulcerated mouth. If a pointed thing or anything else sticks in the throat, external rubbing with cat's dung is said either to bring it up or to make it pass down. Scrofulous sores are dispersed by a warm application of wild-boar's gall or ox gall (but hare's rennet, on a linen cloth with wine, is applied only when there is ulceration) or by the ash of the hoof of ass or horse applied in oil or water, the urine heated, the ash of an ox's hoof in water, the hot dung in vinegar, goat suet with lime or dung boiled in vinegar, or a fox's testicles. Soap

For the mouth.

liarum [1] hoc inventum rutilandis capillis. fit ex sebo et cinere, optimus fagino et caprino,[2] duobus modis, spissus ac liquidus, uterque apud Germanos maiore in usu viris quam feminis.

192 LII. Cervicium dolores butyro aut adipe ursino perfricentur, rigores bubulo sebo, quod strumis prodest cum oleo. dolorem inflexibilem—opisthotonum vocant—levat urina caprae auribus infusa aut fimum cum bulbis inlitum, ungues contusos fel cuiuscumque animalis circumligatum, pterygia digitorum fel tauri aridum aqua calida dissolutum. quidam adiciunt sulpur et alumen pari pondere omnium.

193 LIII. Tussim iocur lupi ex vino tepido sanat, ursinum fel admixto melle aut ex cornus bubuli summis partibus cinis, vel saliva equi triduo pota—ecum mori tradunt—pulmo cervinus cum gula sua arefactus in fumo, dein tusus ex melle cottidiano eligmate; efficacior est ad id subulo cervorum generis. san-
194 guinem expuentes cervini cornus cinis, coagulum leporis tertia parte denarii cum terra Samia et vino myrteo potum sanat, eiusdem fimi cinis in vino vesperi potus nocturnas tusses, pili quoque leporis suffiti extrahunt pulmonibus difficiles excreationes. purulentas autem exulcerationes pectoris pulmonisque et a pulmone graveolentiam halitus butyrum efficacissime iuvat cum pari modo mellis Attici decoctum donec

[1] Galliarum dT *Mayhoff*: Gallarum RE: Gallorum V, *vulg.*, *Detlefsen.*
[2] caprino *codd.*, *Mayhoff*: carpineo *Sillig*, *Detlefsen.*

[a] Sillig's emendation, adopted by Detlefsen, would give: "or hornbeam." It was suggested by the strange arrangement of *sebo, cinere, fagino, caprino.*

is also good, an invention of the Gallic provinces for making the hair red. It is made from suet and ash, the best from beech ash and goat suet,[a] in two kinds, thick and liquid, both being used among the Germans, more by men than by women.

LII. For pains in the neck it should be rubbed with butter or bear's grease, and for stiffness with beef suet, which with oil is good for scrofulous sores. The rigid cramp, called opisthotonus, is relieved by she-goat's urine poured into the ears or by an application of the dung with bulbs, crushed nails by binding round them the gall of any animal, and whitlows by dried bull's gall dissolved in hot water. Some add sulphur and alum, all the ingredients being of equal weight.

LIII. Cough is cured by wolf's liver in warmed wine, by bear's gall mixed with honey, by the tips of the horns of ox or cow reduced to ash, by the saliva of a horse taken for three days (they say that the horse dies), by a deer's lung dried in smoke with the gullet, then pounded in honey and taken daily as an electuary, the species of deer more efficacious for this purpose being the subulo.[b] Spitting of blood is cured by the ash of deer's horn, and by hare's rennet, the dose being one third part of a denarius, with Samian [c] earth and myrtle wine. Hare's dung reduced to ash and taken in wine in the evening cures night coughs, and inhaling the smoke of burning hare's-fur brings up difficult expectorations. Purulent ulceration of the chest or lungs, and foul breath from the lungs, are very effectively relieved by butter boiled with an equal measure of Attic honey until it turns *For cough.*

[b] See XI. § 213.

[c] A fine clay, of which the famous Samian ware was made.

rufescat et matutinis sumptum ad mensuram lingulae.
195 quidam pro melle laricis resinam addere maluere. si sanguis reiciatur, efficacem tradunt bubulum sanguinem, modice et cum aceto sumptum, nam de taurino credere temerarium est. sed glutinum taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur in vetere sanguinis excreatione.

196 LIV. Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit, item bubuli, rosiones eius caro bubula admixto aceto et vino cocta, rheumatismos cornus cervini cinis, sanguinis excreationes haedinus sanguis recens ad cyathos ternos cum aceto acri pari modo fervens potus, coagulum tertia parte ex aceto potum, LV. iocineris
197 dolores lupi iocur aridum ex mulso, asini iocur aridum cum petroselini partibus duabus ac nucibus tribus ex melle tritum et in cibo sumptum, sanguis hircinus cibo aptatus. suspiriosis ante omnia efficax est potus equiferorum sanguinis, proxime lactis asinini tepidi, bubuli [1] decocti ita ut serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturtii albi perfusi aqua, deinde melle diluti. iocur quoque vulpinum aut pulmo in vino nigro aut fel ursinum in aqua laxat meatus spirandi.

198 LVI. Lumborum dolores et quaecumque alia molliri opus sit ursino adipe perfricari convenit, cinerem apruni aut suilli fimi inveterati aspergi potioni vini. [adferunt [2] et Magi sua commenta: primum omnium rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari, eadem

[1] bubuli VRdT, *Detlefsen, Mayhoff*: bulbi E: bulbis r *vulg.*
[2] adferunt VRd *vulg. Mayhoff*: adiciunt *Sillig, Detlefsen.*

[a] It was supposed to be poison.

red, the dose being a spoonful taken in the morning; some instead of honey have preferred to add larch resin. For spitting of blood it is said to be beneficial to drink ox or cow blood, a moderate amount taken in vinegar. But to trust recommendations of bull's blood is hazardous;[a] bull glue, however, in three-oboli doses is taken with warm water for chronic spitting of blood.

LIV. An ulcerated stomach is cured by drinking ass's milk or cow's milk; gnawings of the stomach by beef boiled in a mixture of vinegar and wine; catarrhs by the ash of deer's horn; spitting of blood by fresh kid's-blood taken hot, in doses up to three cyathi, with an equal amount of strong vinegar, or by one part of kid's rennet with two parts of vinegar; LV. pains of the liver by dried wolf's liver in honey wine; by dried ass's liver, with two parts of rock parsley and three nuts, pounded in honey and taken in food, and by he-goat's blood made suitable for food. For asthma, effective above all things is to drink the blood of wild horses, next to drink warm ass's milk, or cow's milk boiled, the part drunk being the whey only, with the addition for every three heminae of a cyathus of white cress steeped in water and then tempered with honey. A fox's liver or lung also in dark wine, or bear's gall in water, loosens the breath passage. *For stomach and chest.*

LVI. Pains in the loins and all other complaints needing emollients should be treated by rubbing with bear's grease, or the ash of wild boar's or pig's dried dung should be sprinkled in a draught of wine. [The Magi too add their usual lies: first of all, that the madness of he-goats is soothed if their beard is stroked, and if it is cut off, they do not stray *For the loins.*

praecisa non abire eos in alienum gregem.[1]] ischiadicis fimum bubulum inponunt calfactum in foliis cinere ferventi.[2] huic admiscent fimum caprinum et subdito linteolo uncto cava manu quantum capi possit fervens sustineri iubent ita ut, si laeva pars doleat, haec medicina in dextera manu fiat aut e contrario. fimum quoque ad eum usum acus aereae punctu tolli
199 iubent. modus est curationis donec vapor ad lumbos pervenisse sentiatur, postea manum porro tuso inlinunt, item lumbos ipso fimo cum melle; suadent in eo dolore et testes leporis devorare. in renium dolore leporis renes crudos devorari iubent, aut certe coctos ita ne dente contingantur. ventris quidem dolore temptari negant talum leporis habentes.

200 LVII. Lienem sedat fel apri vel suis potum vel cervini cornus cinis in aceto, efficacissime tamen inveteratus lien asini ita ut in triduo sentiatur utilitas. asinini pulli fimum quod primum edidit—poleam vocant—Syri dant in aceto mulso, datur et equi lingua inveterata ex vino praesentaneo medicamento, ut didicisse se ex barbaris Caecilius Bion tradidit, et lien bubulus simili modo, recens autem assus vel elixus in cibo. in vesica quoque bovis alii capita XX tusa cum

[1] *uncos add. Mayhoff.*
[2] ischiadicis . . . ferventi *transposuit Mayhoff ex § 199, ubi post* leporis devorare *habent codd., vulg.*

---

[a] I have bracketed this sentence, following Mayhoff; where it should be transferred is not clear.
[b] Mayhoff's transposition of *ischiadicis fimum . . . ferventi* is not certain, although Dioscorides, II. 80, § 2, ἐπὶ ἰσχιαδικῶν . . . καλεῖται δὲ τοιαύτη καῦσις Ἀραβική, is very similar. The *huic admiscent* after *imponunt* is strange; if the transposition is correct, *huic* must mean "the dung last mentioned," and the

to another herd.] [a] For sciatica they apply cow-dung heated in leaves over hot embers.[b] With this dung they mix goat's dung, prescribing that as much as it can contain should be held hot in the hollow of the hand, a linen cloth soaked in oil being placed underneath; if the left side aches the medicament should be held in the right hand, and *vice versa*; the dung for this purpose, they say, must be taken up with the point of a bronze needle. The treatment is continued until the warmth is felt to have reached the loins; afterwards they rub the hand with pounded leek, the loins also with the dung itself and honey. For this pain they also recommend sufferers to swallow a hare's testicles. For pain in the kidneys they prescribe the kidneys of a hare to be swallowed raw, or if boiled at least not to be touched by a tooth. Bowel pain indeed never, they say, afflicts those who carry about them the pastern bone of a hare.

LVII. The spleen is relieved by wild boar's or pig's gall taken by the mouth, by ash of deer's horn in vinegar, but most efficaciously by matured ass's spleen, with the result that benefit is felt within three days. The first dung passed by an ass's foal, called *polea*, is administered by the Syrians in oxymel. There is also administered in wine as a sovereign remedy the dried tongue of a horse, as Caecilius Bion reports that he learnt from foreigners.[c] Spleen of ox or cow is administered in a similar way; if fresh it is roasted or boiled and taken in food. There are also applied for pains in the spleen twenty crushed heads of garlic *For the spleen.*

application to the hip is to be reinforced by holding some in the hand.

[c] This is interesting, for it shows how wide Pliny spread his net. The remedies given are by no means all Italian.

201 aceti sextario imponuntur ad lienis dolores. eadem ex causa emi lienem vituli quanti indicatus sit iubent Magi nulla pretii cunctatione, quoniam hoc quoque religiose pertineat, divisumque per longitudinem adnecti tunicae utrimque et induentem pati decidere ad pedes, dein collectum arefacere in umbra. cum hoc fiat, simul residere lienem aegri vitiatum liberarique eum morbo dicitur. prodest et pulmo vulpium cinere siccatus atque in aqua potus, item haedorum lien impositus.

202 LVIII. Alvum sistit cervi sanguis, item cornus cinis, iocur aprunum ex vino potum citra salem recensque, item assum, vel suillum, hircinum decoctum ad quintas[1] in vino, coagulum leporis in vino ciceris magnitudine aut, si febris sit, ex aqua—aliqui et gallam adiciunt, alii per se leporis sanguine contenti sunt—lac coctum, equini fimi cinis in aquae potu, taurini cornus veteris e parte ima cinis inspersus potioni aquae, sanguis hircinus in carbone decoctus, corium caprinum cum suo pilo decoctum suco epoto,

203 coagulum equi et sanguis caprinus vel medulla vel iocur. alvum solvit fel lupi cum elaterio umbilico inlitum[2] vel lactis equini potus, item caprini cum sale et melle, caprae fel cum cyclamini suco et aluminis momento—aliqui et nitrum et aquam adiecisse malunt—fel tauri cum absinthio tritum ac subditum pastillo,

[1] ad quintas *ego*: ad quintam heminae *Detlefsen*: ad quintas hemina *Mayhoff*: ad quintam heminam *codd.*

[2] inlitum *vet. Dal., Mayhoff*: inligatum *codd., Detlefsen.*

---

[a] I believe that the *-s* of *quintas* was taken to be a sign for *hemina*; the further change to *quinta*(*m*) *heminam* would be inevitable. For the omission of a measure cf. *ad dimidias partes* § 206.

in the bladder of an ox with a sextarius of vinegar. For the same purpose the Magi recommend a calf's spleen to be bought at the price asked, without any haggling, attention to this also affecting the efficacy of the ritual. This spleen should be divided lengthwise and attached to the patient's tunic on both sides. As he puts it on, the patient should allow the spleen to fall to his feet, then pick it up and dry in the shade. At the same time as this happens, the diseased spleen of the patient is said to shrink, and he himself to be freed from his complaint. Beneficial too is fox lung dried on embers and taken in water, and kids' spleen applied locally.

LVIII. Binding to the bowels are stag's blood, stag's horn reduced to ash, wild boar's liver taken in wine, unsalted and fresh, the same liver roasted, pig's liver, he-goat's liver boiled down to one fifth [a] in wine, hare's rennet of the size of a chick-pea in wine, or if there is fever, in water—some add a gall-nut, others are content with hare's blood by itself—boiled milk, horse dung reduced to ash in a draught of water, the root of an old horn of a bull reduced to ash and sprinkled on a draught of water, he-goat's blood boiled down over charcoal, the juice, taken by the mouth, of goat's skin boiled down with the hair on, horse rennet and goat's blood, marrow, or liver. The bowels are loosened by wolf's gall applied [b] to the navel with elaterium, or by draughts of mare's milk, or of goat's milk with salt and honey, by she-goat's gall with juice of cyclamen and a little alum—some prefer to add both soda and water—bull's gall pounded with wormwood and used in the form of a lozenge as a suppository, and by large doses of butter. Those

For the bowels.

[b] Cf. § 205 *umbilico inponere.*

204 butyrum largius sumptum. coeliacis et dysintericis medetur iocur vaccinum, cornus cervini cinis tribus digitis captus in potione aquae, coagulum leporis subactum in pane, si vero sanguinem detrahant, in polenta, apruni vel suilli vel leporini fimi cinis inspersus potioni tepidi vini. vituli quoque ius vulgariter dari[1] inter auxilia coeliacorum et dysintericorum tradunt. lactis asinini potus utilior addito melle, nec minus efficax fimi cinis ex vino utrique vitio, item polea supra dicta, equi coagulum, quod
205 aliqui hippacen appellant, etiam si sanguinem detrahant, vel fimi cinis dentiumque eiusdem tusorum farina salutaris et bubuli lactis decocti potus. dysintericis addi mellis exiguum praecipiunt et, si tormina sint, cornus cervini cinerem aut fel taurinum cumino mixtum et cucurbitae carnes umbilico inponere. caseus recens vaccinus inmittitur ad utrumque vitium, item butyrum heminis quattuor cum resinae terebinthinae sextante aut cum malva decocta aut cum rosaceo. datur et sebum vitulinum aut bubulum,
206 item medulla[2]—et cocuntur[3] cum farinae ceraeque exiguo et oleo, ut sorberi possit;[4] medulla et in pane subigitur—lac caprinum ad dimidias partes decoctum. si sint et tormina, additur protropum. torminibus satis esse remedii in leporis coagulo poto e vino tepido vel semel arbitrantur aliqui. cautiores et sanguine

[1] dari *Mayhoff*: datum *Detlefsen*: datum *aut* dati *codd.*

[2] medulla VdTE *Mayhoff*: medullae R, *vulg.*, *Detlefsen.*

[3] et coquuntur (cocuntur) VdTE: excoquuntur R, *vulg.*, *Detlefsen*: et coquitur *Mayhoff.*

[4] possit *Mayhoff, codd.*: possint *Detlefsen, vulg.*

with coeliac disorder or dysentery are benefited by cow's liver, a three-finger pinch of the ash of deer's horn taken in a draught of water, by hare's rennet kneaded in bread, but in pearl barley if blood is brought away, and by ash of wild boar's, pig's, or hare's dung sprinkled on a draught of warm wine. It is also reported that veal broth is a popular remedy to relieve sufferers from coeliac disorder or dysentery. Ass's milk makes a more beneficial draught with the addition of honey, the dung, reduced to ash and taken in wine, is no less efficacious for either complaint, *polea*[a] too, which I mentioned just now, horse's rennet, that some call *hippace*, even if blood is brought away, or the dung ash and crushed teeth of the same animal, a health-giving powder, and taken with boiled cow's milk. For dysentery is prescribed the addition of a little honey, and if there are griping pains to apply to the navel the ash of deer's horn or bull's gall mixed with cummin, and the fleshy parts of a gourd. New cheese made from cow's milk is injected for both complaints, so also four heminae of butter with two ounces of terebinth resin, or with a decoction of mallows, or with rose oil. There is administered also veal suet, beef suet, or the marrow (they are boiled with a little flour and wax, and with oil, so that to drink the mixture is possible, and the marrow is also kneaded in bread), and goat's milk boiled down to one half; if there is also griping, *protropum*[b] is added. It is thought by some that a sufficient remedy for griping is even a single dose of hare's rennet taken in warm wine; more careful people also apply as

[a] See § 200.

[b] The first wine made from grapes before pressing. See XIV. § 75 and § 85.

caprino cum farina hordeacea et resina ventrem in-
207 linunt. ad omnes epiphoras ventris inlini caseum mollem suadent, veterem autem in farinam tritum coeliacis et dysintericis dari, cyatho casei in cyathis vini cibarii tribus. sanguis caprinus decoctus cum medulla dysintericis, iocur assum caprae coeliacis subvenit, magisque etiam hirci, in vino austero decoctum potumque vel ex oleo myrteo umbilico inpositum. quidam decocunt a tribus sextariis aquae ad heminam
208 addita ruta. utuntur et liene asso caprae hircive et sebo hirci in pane qui cinere coctus sit, caprae a renibus maxime, ut per se hauriatur protinus aqua[1] modice frigida. sorberi iubent aliqui et in aqua decoctum sebum admixta polenta et cumino et aneto acetoque. inlinunt et ventrem coeliacis fimo cum
209 melle decocto. utuntur ad utrumque vitium et coagulo haedi in vino myrtite fabae magnitudine poto et sanguine eiusdem in cibum formato quem sanguiculum vocant. infundunt dysintericis et glutinum taurinum aqua calida resolutum. inflationes discutit vitulinum fimum in vino decoctum. intestinorum vitiis magnopere prodest coagulum cervorum decoctum cum lente betaque atque in cibo ita sumptum, leporis pilorum cinis cum melle decoctus,[2] lactis cap-
210 rini potu decocti cum malva exiguo sale addito. si et coagulum addatur, maioribus emolumentis fiat.

[1] aqua *Detlefsen*: -que *Mayhoff*: que, inque, lique *codd.*
[2] decoctus d *vulg.*, *Mayhoff*: decocto *multi codd.*, *Detlefsen.*

---

[a] We should say "grated cheese."

embrocation to the belly goat's blood with barley meal and resin. For all fluxes from the belly an application of soft cheese is recommended, but matured cheese powdered [a] is used for coeliac disorders and dysentery, the dose being a cyathus of cheese in three cyathi of ordinary wine. A decoction of goat's blood with goat's marrow is beneficial for dysentery, roasted she-goat's liver for coeliac complaints, or, better still, that of a he-goat boiled down in dry wine and drunk, or applied to the navel in myrtle oil. Some boil it down from three sextarii of water to one hemina with rue added. They also use the roasted spleen of a she-goat or he-goat with the suet of a he-goat in bread baked over hot ashes, the best suet being from the kidneys of a she-goat, which should be swallowed by itself, and be immediately followed by a draught of moderately cold water. Some prescribe also a decoction of the suet in water, made into a stew with other ingredients—pearl barley, cummin, dill, and vinegar. They also rub the belly of sufferers from coeliac disorders with a decoction of honey and goat's dung. For both complaints they also use kid's rennet, of the size of a bean, taken in myrtle wine, or kid's blood made into a food, called "blood pudding." They also inject into dysentery patients bull glue dissolved in hot water. Flatulence is dispersed by calf dung boiled down in wine. Disorders of the intestines are greatly benefited by a decoction of deers' rennet with lentils and beet, and so taken in food, by the ash of hare's fur boiled down with honey, by a draught of goat's milk boiled down with mallows with the addition of a little salt; if goat's rennet too is added the beneficial effects will be much greater. The same is the effect

eadem vis est et in sebo caprino in sorbitione aliqua, uti protinus hauriatur frigida aqua. item feminum haedi cinis rupta intestina sarcire mire traditur, fimum leporis cum melle decoctum et cottidie fabae magnitudine sumptum ita ut deploratos sanaverint. laudant et caprini capitis sum suis pilis decocti sucum.

211 LIX. Tenesmos, id est crebra et inanis voluntas desurgendi,[1] tollitur poto lacte asinino, item bubulo. taenearum genera pellit cervini cornus cinis potus. quae in excrementis lupi diximus inveniri ossa, si terram non attigerint, colo medentur adalligata bracchio. polea quoque supra dicta magnopere prodest decocta in sapa, item suilli fimi farina addito cumino in aqua rutae decoctae, cornus cervini teneri cinis cocleis Africanis cum testa sua tusis mixtus in vini potione.

212 LX. Vesicae calculorumque cruciatibus auxiliatur urina apri et ipsa vesica pro cibo sumpta, efficacius, si prius fumo maceretur utrumque. vesicam elixam mandi oportet, et a muliere feminae suis. inveniuntur et in iocineribus eorum lapilli aut duritiae lapillis similes, candidae, sicut in vulgari sue, quibus contritis atque in vino potis pelli calculos aiunt. ipsi apro tam gravis urina sua est ut nisi egesta fugae non sufficiat ac velut devinctus opprimatur, exuri illa

[1] id est . . . desurgendi *in uncis ponere velit Warmington.*

---

[a] Warmington thinks that the explanation of *tenesmos* is a gloss.
[b] See § 178.
[c] See § 200.
[d] Book XIV. § 80; it was must boiled down to one third.

of goat's suet in some kind of stew, to be immediately followed by a draught of cold water. A kid's hams also reduced to ash are said to be wonderfully healing to intestinal rupture, and the dung of a hare, boiled down with honey and taken daily in doses the size of a bean, to be so beneficial as they have cured desperate cases. Highly recommended also is the broth of a goat's head with the fur still on.

LIX. Tenesmus, that is a frequent and ineffectual desire to go to stool,[a] is removed by drinking ass's milk, or cow's milk. Worms are expelled by ash of deer's horn, taken in drink. The bones that I have said [b] are found in the excrements of a wolf, tied on to the arm as an amulet without touching the earth, are a cure for colitis. Polea also, mentioned above,[c] is of great benefit if boiled down in sapa,[d] likewise too powdered pig's dung and cummin in the water of a decoction of rue, and young deer's horn reduced to ash, mixed with African snails pounded with their shells and taken in a draught of wine.

For stone and the kidneys.

LX. The tortures of stone in the bladder are relieved by the urine of a wild boar and by his bladder itself taken as food; both remedies are more efficacious if first thoroughly smoked. The bladder should be eaten boiled, and be a sow's if the patient is a woman. There are also found in the liver of these animals little stones, or hard substances like stones, white, and like those found in the liver of the common pig. These, crushed and taken in wine, are said to expel stone. His own urine is such a burden to the boar himself that unless he has voided it he is not strong enough for flight, and is overcome as if spell-bound. It is said that the urine dissolves the stone. Stone is also expelled by a

213 tradunt eos.[1] leporis renes inveterati in vino poti calculos pellunt. in pernae suum articulo os[2] esse diximus quod decoctum ius facit urinae utile. asini renes inveterati tritique ex vino mero dati vesicae medentur. calculos expellunt lichenes equini ex vino aut mulso poti diebus XL. prodest et ungulae equinae cinis in vino aut aqua, item fimum caprarum in mulso, efficacius silvestrium, pili quoque caprini cinis; verendorum carbunculis cerebrum apri
214 vel suis sanguisque. vitia vero quae in eadem parte serpunt iocur eorum combustum, maxime iunipiri ligno, cum charta et arrhenico sanat, fimi cinis, fel bubulum cum alumine Aegyptio ac murra ad crassitudinem mellis subactum, insuper beta ex vino cocta inposita, caro quoque; manantia vero ulcera sebum cum medulla vituli in vino decoctum, fel caprinum cum melle rubique suco, vel si serpant; fimum etiam prodesse cum melle dicunt aut cum aceto et per se
215 butyrum. testium tumor sebo vituli addito nitro cohibetur vel fimo eiusdem ex aceto decocto. urinae incontinentiam cohibet vesica apruna, si assa mandatur, ungularum apri vel suis cinis potioni inspersus, vesica feminae suis conbusta ac pota, item haedi, vel pulmo, cerebrum leporis in vino, eiusdem testiculi tosti vel coagulum cum anserino adipe in polenta, renes asini in mero triti potique. Magi verrini genitalis cinere poto ex vino dulci demonstrant urinam

[1] ea . . . illos *coni. Mayhoff.*
[2] articulo os *Mayhoff*: articulos *codd.*

---

[a] See § 179.

hare's kidneys, dried and taken in wine. In the ham joints of pigs I have said[a] there are bones the broth from which is beneficial for urinary disorders. The kidneys of an ass, dried, pounded, and given in neat wine, cure complaints of the bladder. The excrescences on the legs of horses, taken for forty days in wine or honey wine, expel stone. Beneficial too is the ash of a horse's hoof in wine or water, the dung also in honey wine of she-goats, that of wild goats being more efficacious, the ash also of goat's hair, while for carbuncles on the privates are used the brains and blood of a wild boar or pig. Creeping sores however in the same part are cured by the burnt liver of these animals, best if the fire is of juniper wood, mixed with paper and orpiment, by their dung reduced to ash, by ox gall with Egyptian alum and myrrh, kneaded to the consistency of honey, moreover by an application of beet boiled in wine, also by beef; but running ulcers by beef suet with the marrow of a calf boiled down in wine, by goat's gall with honey and blackberry juice, even if the sores are spreading. They say that goat's dung too with honey or vinegar is beneficial, and also butter by itself. Swelling of the testicles is reduced by veal suet with the addition of soda, or by calf's dung boiled down in vinegar. Incontinence of urine is checked by a wild-boar's bladder, if eaten roasted, by the ash of a wild-boar's or pig's hoofs sprinkled on a drink, by the bladder of a sow burnt and taken in drink, of a kid also, or by its lung, by the brain of a hare in wine, by a hare's roasted testicles, or the rennet, with goose grease in pearl barley, or by the kidneys of an ass pounded in neat wine and drunk. The Magi recommend that, after drinking in sweet wine a boar's genital organ re-

facere in canis cubili ac verba adicere, ne ipse urinam faciat ut canis in suo cubili. rursus ciet urinam vesica suis, si terram non attigerit, inposita pubi.

216 LXI. Sedis vitiis praeclare prodest fel ursinum cum adipe. quidam adiciunt spumam argenti ac tus. prodest et butyrum cum adipe anserino ac rosaceo; modum ipsae res statuunt, ut sint inlitu faciles. praeclare medetur et taurinum fel in linteolis concerptis, rimasque perducit ad cicatricem. inflationibus in ea parte sebum vituli, maxime ab inguinibus, cum ruta; ceteris vitiis medetur sanguis caprinus cum polenta, item fel caprinum condylomatis per se, item fel
217 lupinum ex vino. panos et apostemata in quacumque parte sanguis ursinus discutit, item taurinus aridus tritus. praecipuum tamen remedium traditur in calculo onagri quem dicitur, cum interficiatur, reddere urina liquidiorem initio sed in terra spissantem se. hic adalligatus femini omnes impetus discutit omnique suppuratione liberat. est autem rarus inventu nec ex omni onagro, sed mire[1] celebrant[2] remedio. prodest et urina asini cum melanthio et ungulae equinae cinis cum oleo et aqua inlitus, sanguis equi, praecipue admissarii, sanguis bubulus,
218 item fel. caro quoque eosdem effectus habet calida inposita et ungulae cinis ex aqua aut melle, urina caprarum, hircorum quoque carnes in aqua decoctae

[1] mire *I. Müller, Mayhoff*: medici *Brakman*: me r: ne E *om. multi codd.*

[2] celebrant *I. Müller, Mayhoff*: celebrari *codd.*: celebri *vulg. Fortasse* maxime celebratur.

---

[a] I. Müller's emendations, adopted by Mayhoff, have been kept with some misgivings. Mayhoff himself suggests *maxime*,

duced to ash, the patient should make water in a dog's bed and add a prayer, that he may not himself make water, as a dog does, in his own bed. On the other hand, the bladder of a pig is diuretic, if, without touching the ground, it is applied to the pubic part.

LXI. Complaints of the anus are greatly benefited by bear's gall and bear's fat; some add litharge and frankincense. Beneficial too is butter with goose grease and rose oil; the quantities are determined by circumstances; the mixture must be easy to apply. Greatly beneficial too is bull's gall in scraps of linen; it makes chaps to cicatrize. Swellings in that part of the body are reduced by veal suet, especially by that from the groin, with rue; other complaints are cured by goat's blood with pearl barley, condylomata by goat's gall by itself, or by wolf's gall in wine. Superficial and other abscesses in any part are dispersed by bear's blood, and likewise by bull's dried and powdered. The finest remedy, however, is said to be the stone which the wild ass is reported to pass in his urine when he is being killed; more fluid than it at first, it grows thick when on the ground. This stone fastened to the thigh as an amulet disperses all inflamed swellings and clears away any suppuration. It is found, however, rarely and not always in the wild ass, but it is wonderfully famous [a] as a remedy. Beneficial also is the urine of an ass with melanthium, a horse's hoof reduced to ash and applied with oil and water, the blood of a horse, especially of a stallion, and the blood or gall of an ox or cow. Beef too has the same effect if applied hot, the ash of the hoof in water or honey, the urine of she-goats, the flesh too

For the anus.

and *celebratur* is perhaps nearer the MSS. reading than *celebrant*. Brakman's emendation is possibly right.

aut fimum ex his cum melle decoctum, fel verrinum, urina suum in lana inposita. femina adteri adurique equitatu notum est. utilissimum est ad omnes inde causas spumam equi ex ore inguinibus inlinere. inguina et ex ulcerum causa intumescunt. remedio sunt equi saetae tres totidem nodis alligatae intra ulcus.

219 LXII. Podagris medetur ursinus adips taurinumque sebum pari pondere et cerae. addunt quidam hypocisthidem et gallam. alii hircinum praeferunt sebum cum fimo caprae et croco, sinapi, item[1] caulibus hederae tritis ac perdicio vel flore cucumeris silvestris.
220 item bovis fimum cum aceti faece magnificant et vituli qui nondum herbam gustaverit fimum aut per se sanguinem tauri, vulpem decoctam vivam donec ossa tantum restent, lupumve vivum oleo cerati modo incoctum, sebum hircinum cum helxines parte aequa, sinapis tertia, fimi caprini cinerem cum axungia. quin et ischiadicos uri sub pollicibus pedum eo fimo fervente utilissime tradunt, articulorumque vitiis fel ursinum utilissimum esse et pedes leporis adalligatos, podagras quidem mitigari pede leporis viventi absciso,
221 si quis secum adsidue habeat. perniones ursinus adips rimasque pedum omnes sarcit, efficacius alumine addito, sebum caprinum, dentium equi farina, aprunum vel suillum fel cum adipe, pulmo inpositus, etsi subtriti sint contunsive offensatione, si vero adusti frigore, leporini pili cinis, eiusdem pulmo contusis dissectus

[1] sinapi, item *Mayhoff e Dioscoride*: sinapi vel *Gelenius, Detlefsen*: sinapii vel E: sinapi cum d r.

---

[a] I have adopted the emendation of Mayhoff, because he has some confirmatory evidence in Dioscorides and Plinius Junior. But in so amorphous a sentence any emendations are necessarily dubious.

of he-goats boiled down in water or their dung boiled down with honey, a boar's gall, and a pigs' urine applied on wool. It is well known that riding on a horse chafes and galls the inner side of the thighs; most useful for all such troubles is to rub on the groin the foam from the mouth of a horse. The groin also swells because of sores; the remedy is to tie within the sore three horse hairs with three knots.

LXII. Gout is benefited by bear's grease and bull suet with an equal weight of wax as well; to which some add hypocisthis and gall nut. Others prefer he-goat suet with the dung of a she-goat and with saffron, mustard,[a] pounded stalks of ivy, and perdicium or the blossom of wild cucumber. Highly praised also is ox dung with lees of vinegar and the dung of a calf that has not yet tasted grass, or, by itself, the blood of a bull, a fox boiled down alive until only the bones remain, or a wolf boiled alive in oil as though to make a wax-salve, he-goat's suet with an equal quantity of helxine, a third part of mustard, calcined goat's dung and axle-grease. Moreover, to put a burning-hot poultice of this dung under the big toes is said to be excellent for sciatica, and bear's gall very useful for diseases of the joints, as are also the feet of a hare worn as an amulet, while gouty pains are alleviated by a hare's foot, cut off from the living animal, if the patient carries it about continuously on the person. Chilblains and all chaps on the feet are healed by bear's grease, more efficaciously with the addition of alum, by goat suet, by a horse's teeth ground to powder, by the gall and fat of a wild boar or pig, by the lung applied to them even if they are chafed or broken by a knock, but if they are frost bites, by a hare's fur reduced to ash; if they are broken,

For gout and other complaints.

222 aut pulmonis cinis. sole adusta sebo asinino aptissime curantur, item bubulo cum rosaceo. clavos et rimas callique vitia fimum apri vel suis recens inlitum ac tertio die solutum sanat, talorum cinis, pulmo aprinus aut suillus aut cervinus, adtritus calciamentorum urina asini cum luto suo inlita, clavos sebum bubulum cum turis polline, perniones vero corium conbustum, melius si ex vetere calciamento, iniurias
223 e calceatu ex oleo corii caprini cinis. varicum dolores sedat fimi vitulini cinis cum lilii bulbis decoctus addito melle modico, itemque omnia inflammata et suppurationes minantia. eadem res et podagris prodest et articulariis morbis, e maribus praecipue vitulis, articulorum adtritis fel aprorum vel suum linteo calefacto inpositum, vituli qui nondum herbam gustaverit fimum, item caprinum cum melle in aceto decoctum. ungues scabros sebum vituli emendat, item caprinum admixta sandaraca. verrucas vero aufert fimi vitulini cinis ex aceto, asini urina et lutum.

224 LXIII. Comitiali morbo testes ursinos edisse prodest vel aprunos bibisse ex lacte equino aut ex aqua, item aprunam urinam ex aceto mulso, efficacius quae inaruerit in vesica sua. dantur et suum testiculi inveterati tritique in suis lacte, praecedente vini abstinentia et sequente continuis ⟨denis⟩[1] diebus, dantur et leporis sale custoditi pulmones cum turis
225 tertia parte in vino albo per dies XXX, item coagula

[1] denis *coni. Mayhoff*: *om. codd.*

[a] It appears likely that the *d* of *diebus* has led to the omission of a sign for *decem* or *denis*.

by the lung of the same animal cut up or reduced to ash. Sun burns are most beneficially treated by ass suet, and also by suet of an ox or cow with rose oil. Corns, chaps, and calluses are cured by an application of fresh wild-boar's dung, or pig's, taken off on the third day, by their pastern bones reduced to ashes, by the lung of wild boar, pig, or deer; chafing from shoes by the application of an ass's urine with the mud made by it; corns by beef suet with powdered frankincense; chilblains, however, by burnt leather, if from an old shoe so much the better, sores from foot-wear by the ash of goat leather in oil. The pains of varicose veins are alleviated by the ash of calf's dung boiled down with the bulbs of a lily, with the addition of a little honey, and so are all inflamed places that threaten to suppurate. The same preparation is good for gout and diseases of the joints, especially if it is taken from a male calf, for chafed joints the gall of wild boars or of pigs applied in a heated linen cloth, the dung of a calf that has not tasted grass, also the dung of goats boiled down in vinegar with honey. Scabrous nails are cured by veal suet, also by goat suet mixed with sanderach. Warts however are removed by the ash of calf's dung in vinegar, or by the urine with its mud of an ass.

LXIII. For epilepsy it is beneficial to eat a bear's *For epilepsy.* testes or to take those of a wild boar in mare's milk or water, likewise wild-boar's urine in oxymel, with increased efficacy if it has dried in his bladder. There are also given the testicles of pigs dried and pounded in sow's milk, abstinence from wine preceding and following for ⟨ten⟩ [a] days. There are also given the lungs of a hare preserved in salt, with a third part of frankincense, taken in white wine for thirty days;

eiusdem, asini cerebrum ex aqua mulsa, infumatum prius in foliis, semuncia per dies ⟨V,⟩ vel[1] ungularum eius cinis coclearibus binis toto mense potus, item testes sale adservati et inspersi potioni in asinarum maxime lacte vel ex aqua. membrana partus earum, praecipue si marem pepererint, olefactata accedente morbo comitialium resistit. sunt qui e mare nigroque cor edendum cum pane sub diu prima aut secunda luna praecipiant, alii carnem, aliqui sanguinem
226 aceto dilutum per dies XL bibendum. quidam urinam aquae ferrariae ex officinis miscent eademque potione et lymphatis medentur. comitialibus datur et lactis equini potus lichenque in aceto mulso bibendus, dantur et carnes caprinae in rogo hominis tostae, ut volunt Magi, sebum earum cum felle taurino pari pondere decoctum et in folliculo fellis reconditum ita ne terram attingat, potum vero ex aqua sublime. morbum ipsum deprehendit caprini cornus vel cervini usti nidor. sideratis urina pulli asinini nardo admixto perunctione prodesse dicitur.

227 LXIV. Regio morbo cornus cervini cinis, sanguis asini ex vino, item fimum asinini pulli quod primum edidit a partu datum fabae magnitudine e vino

[1] V, vel *Hard.*: vel *Detlefsen, codd.*: VII *Mayhoff.*

[a] Again, the *v* of *vel* has led to the omission of the numeral.

[b] In Cato (LXX and LXXI) *stare sublime* means "to stand upright." For an epileptic to do so might be difficult.

[c] Neither Littré nor the Bohn translator comments on this vague sentence. It is not clear how the presence of epilepsy is detected by this test. Possibly a fit is diagnosed as epileptic according as it reacts to the treatment.

[d] See II. § 108. Sometimes sunstroke may be referred to by this term. Many expressions in this chapter are curious. Why for instance both *testes* and *testiculi*? *Morbo comitialium*

likewise a hare's rennet, an ass's brain in hydromel, first smoked on burning leaves, half an ounce a day for ⟨five⟩ [a] days, or an ass's hoofs reduced to ash and two spoonfuls taken in drink for a whole month, likewise his testes preserved in salt and sprinkled on drink, preferably on ass's milk, or on water. The odour of the after-birth of she-asses, especially if they have had a male foal, inhaled on the approach of a fit, repels it. There are some who recommend eating with bread the heart of a black jackass in the open air on the first or second day of the moon, some the flesh, others drinking for forty days the blood diluted with vinegar. Certain people mix an ass's urine with smithy water in which hot iron has been dipped, and use the same draught to treat delirious raving. To epileptics is also given mare's milk to drink, the excrescence on a horse's leg taken in oxymel; there is given too goat's flesh roasted on a funeral pyre, as the Magi would have it, goat suet boiled down with an equal weight of bull's gall stored in the gall bladder without touching the earth, and taken in water with the patient standing upright.[b] The disease itself is detected by the fumes of burnt goat's horn or deer's horn.[c] Rubbing with the urine of an ass's foal mixed with nard is said to be beneficial to the planet-struck.[d]

LXIV. Jaundice is cured within two days by deer's horn reduced to ash, by the blood of an ass, likewise by the dung of an ass's foal, the first to pass after birth,[e] of the size of a bean and taken in wine. *For jaundice.*

is strange, and so is the apparent omission on two occasions of a numeral. One may add the vagueness referred to in note (*c*).

[e] See § 200.

medetur intra diem tertium. eadem et ex equino pullo similiterque[1] vis est.

LXV. Fractis ossibus praesentaneus maxillarum apri cinis vel suis, item lardum elixum atque circumligatum mira celeritate solidat. costis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex vino vetere, aperit, extrahit, persanat.

228 LXVI. Febres arcet cervorum caro, ut diximus, eas quidem quae certo dierum numero redeunt oculus lupi dexter salsus adalligatusque, si credimus Magis. est genus febrium quod amphemerinon vocant. hoc liberari tradunt, si quis e vena auris asini tres guttas sanguinis in duabus heminis aquae hauserit. quartanis Magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent, et ne recidant non removeri[2] sep-
229 teno circumitu. quis hoc, quaeso, invenire potuit? quae est ista mixtura? cur digitus potissimum bubonis electus est? modestiores iocur felis decrescente luna occisae inveteratum sale ex vino bidendum ante accessiones quartanae dixere. iidem Magi fimi bubuli cinere consperso puerorum urina inlinunt digitos pedum manuumque.[3] leporis cor adalligant. coagulum ante accessiones propinant. datur et caseus caprinus recens cum melle diligenter sero expresso.

230 LXVII. Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio est. lethargicos excitat asini lichen

[1] similiterque *codd. et edd.*: similiter *vel* fimi similiter dati *coni. Mayhoff.*

[2] *Hic addendum* nisi *coni. Mayhoff.*

[3] manuumque *Mayhoff*: manibusque *vulg. Detlefsen,* d: manuusque VRE: mausque r.

[a] Probably: removes any diseased matter before healing takes place.

[b] See VIII. § 119.

The first dung too of a young colt, administered in a similar way, has the same effect.

For broken bones.

LXV. For broken bones a sovereign remedy is the ash of the jaw-bone of a wild boar or of a pig; likewise boiled bacon-fat, tied round the fracture, heals with marvellous rapidity. For broken ribs however the highest praise is given to goat's dung in old wine; it opens, extracts,[a] and completely heals.

For fevers.

LXVI. Fevers are kept away by the flesh of deer, as I have said,[b] those indeed which return at fixed intervals by the salted right eye of a wolf worn as an amulet, if we are to believe the Magi. There is a kind of fever called "amphemerinos."[c] It is said that he is freed from this who drinks three drops of blood from an ass's ear in two heminae of water. For quartans the Magi prescribe the excrement of a cat with the claw of a horned owl worn as an amulet, and to prevent a relapse the amulet should not be removed before the seventh periodic return. Who pray could have made this discovery? What sort of combination is this? Why was an owl's claw chosen rather than anything else? Some more moderate people have prescribed the salted liver of a cat killed when the moon is on the wane, to be taken in wine before the access of a quartan. The Magi also apply to the toes and fingers ox or cow dung reduced to ash and sprinkled with children's urine. They use the heart of a hare as an amulet, and give hare's rennet before each access. There is also given with honey fresh goat's cheese with the whey carefully pressed out.

For melancholia, lethargy and consumption.

LXVII. A remedy for melancholia[a] is calf's dung boiled down in wine. Victims of lethargy[d] are

[c] Greek for quotidian, *i.e.* returning every day.
[d] See List of Diseases.

naribus inlitus ex aceto, caprini cornus nidor aut pilorum, iocur aprunum. itaque et veternosis datur. phthisicis medentur iocur lupi ex vino macro, suis feminae herbis pastae laridum, carnes asininae ex iure sumptae. hoc genere maxime in Achaia curant id malum. fimi quoque aridi sed pabulo viridi pasto bove fumum harundine haustum prodesse tradunt, bubuli cornus mucronem exustum duorum coclearium mensura addito melle pilulis devoratis. caprae sebo
231 in pulte alicacia et phthisim et tussim sanari, vel recenti, cum mulso liquefacto, ita ut uncia in cyathum addatur rutaeque ramo permisceatur, non pauci tradunt. rupicaprae sebi cyatho et lactis pari mensura deploratum phthisicum convaluisse certus auctor adfirmat. sunt et qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo et cervi pulmonem, maxime subulonis, siccatum in[1] fumo tritumque in vino.

232 LXVIII. Hydropicis auxiliatur urina e vesica capri paulatim data in potu, efficacius quae inaruerit cum vesica sua, fimi taurini maxime, sed et bubuli—de armentivis loquor, quod bolbiton vocant—cinis coclearium trium in mulsi hemina, bovis feminae in mulieribus, ex altero sexu in viris, quod veluti mysterium occultarunt Magi, fimum vituli masculi inlitum, fimi vitulini cinis cum semine staphylini, aequa

[1] in *del. Mayhoff.*

[a] Perhaps "certain."   [b] For *subulo* see XI. § 213.

aroused by applying to the nostrils in vinegar the excrescence on the leg of an ass, by the fumes from goat's horns or goat's hair, and by wild boar's liver; accordingly it is also administered to the comatose. Consumptives are benefited by wolf's liver in thin wine, by the lard of a sow fed on herbs, and by ass's flesh taken in its gravy. This treatment for the complaint is very popular in Achaia. The smoke also from dried dung of an ox fed on green fodder, inhaled through a reed, is said to be beneficial, or the burnt tip of the horn of an ox, the dose being two spoonfuls, with the addition of honey, swallowed in pills. It is held by not a few authorities that by she-goat's suet in groat porridge consumption and cough are cured, or by fresh suet melted with honey wine, an ounce of suet added to a cyathus of wine and stirred with a spray of rue. An authoritative[a] writer assures us that a despaired-of consumptive has recovered by being treated with a cyathus of mountain-goat suet and the same amount of the milk. Some have written that pig's dung reduced to ash, taken in raisin wine, has proved of value, or the lung of a stag, especially a subulo,[b] dried in smoke and pounded in wine.

LXVIII. Good for dropsy is urine from the bladder *For dropsy.* of a wild boar given little by little in the drink, that being more beneficial which has dried up with its bladder, the ash of bull's dung especially but also that of oxen—herd animals I mean; it is called bolbiton—three spoonfuls in a hemina of honey wine, cow dung for women, bull dung for men (the Magi have made a sort of mystery of this distinction), the dung of a bull calf applied locally, ash of calf dung with staphylinus seed in equal proportions taken in

portione ex vino, sanguis caprinus cum medulla. efficaciorem putant hircinum utique si lentisco pascantur.

233 LXIX. Igni sacro ursinus adips inlinitur, maxime qui est ad renes, vitulinum fimum recens vel bubulum, caseus caprinus siccus cum porro, ramenta pellis cervinae desecta pumice ex aceto trita, rubori cum prurigine equi spuma aut ungulae cinis, eruptionibus pituitae asinini fimi cinis cum butyro, papulis nigris caseus caprinus siccus ex melle et aceto in balneis, oleo remoto, pusulis suilli fimi cinis aqua inlitus vel
234 cornus cervini cinis, LXX. luxatis recens fimum aprinum vel suillum, item vitulinum, verris spuma recens cum aceto, fimum caprinum cum melle, bubula caro inposita, ad tumores fimum suillum in testo calefactum tritumque cum oleo. duritias corporum omnes tollit optime adips e lupis inlitus. in his quae rumpere opus est plurimum proficit fimum bubulum in cinere calefactum aut caprinum in vino vel aceto decoctum, in furunculis sebum bubulum cum sale aut, si dolores sint, cum oleo liquefactum sine sale, simili
235 modo caprinum, LXXI. in ambustis ursinus adips cum lilii radicibus, aprunum aut suillum fimum inveteratum, sactarum ex his e penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus, tali bubuli cinis cum cera et medulla cervina, fel tauri, fimum leporis, sed caprarum fimum [1]
236 sine cicatrice sanare dicitur. glutinum praestantissimum fit ex auribus taurorum et genitalibus, nec quic-

[1] fimum] "*an* fimi cinis?" *Mayhoff.*

---

[a] The punctuation of Mayhoff is attractive. He puts a full stop before *sine* and after *glutinum*, removing the one after *dicitur*. It has the support of Pliny Junior, but *fimum*

wine, and goat's blood with goat's marrow. That of a he-goat is considered more beneficial, especially if he has browsed on lentisk.

LXIX. There is applied for erysipelas bear's fat, especially that on the kidneys, fresh dung of calves or cattle, dried goat's cheese with leek, scrapings of deer's skin rubbed off with pumice and pounded in vinegar. For inflamed itch the foam of a horse or the ash of his hoof; for pituitous eruptions ass's dung reduced to ash with butter; for black pimples dried goat's cheese in honey and vinegar, applied in the bath, no oil being used, for pustules pig's dung reduced to ash and applied in water, or the ash of deer's horn, LXX. for dislocations the fresh dung of wild boar or of pig, or of calves, the fresh foam of a boar with vinegar, the dung of a goat with honey, an application of beef, and for swellings pig's dung warmed in an earthen pot and beaten up with oil. All indurations of the body are best removed by an application of wolf's fat. In the case of sores that need to break the most beneficial application is ox dung warmed on hot cinders or goat's dung boiled down in wine or vinegar, for boils beef suet with salt, or if there is pain melted with oil without salt, similarly with goat suet; LXXI. for burns bear's grease with lily roots, dried dung of wild boar or of pig, the ash of pig's bristles from plasterers' brushes beaten up with pig fat, the ash of the pastern bone of bull or cow with wax and deer marrow, bull's gall, hare's dung; but the dung of she-goats is said to heal without a scar.[a] The finest glue is made from the ears and genitals of bulls, and there is no better

For various skin diseases.

For dislocations, indurations burns.

leporis sed caprarum fimum contains a strange repetition of *fimum*.

quam efficacius prodest ambustis, sed adulteratur nihil aeque, quibusvis pellibus inveteratis calciamentisque etiam decoctis. Rhodiacum fidelissimum, eoque pictores et medici utuntur. id quoque quo candidius eo probatius, nigrum et lignosum damnatur.

237 LXXII. Nervorum doloribus fimum caprinum decoctum in aceto cum melle utilissimum putant vel putrescente nervo. spasmata et percussu vitiata fimo apruno curant vere collecto et arefacto, sic et quadrigas agentes tractos rotave vulneratos et quoquo
238 modo sanguine contuso, vel si recens inlinatur. sunt qui incoxisse aceto utilius putent. quin et in potu farinam eam ruptis convulsisque et eversis ex aceto salutarem promittunt. recentiores[1] cinerem eius ex aqua bibunt, feruntque et Neronem principem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario adprobare vellet. proximam suillo fimo vim putant.

239 LXXIII. Sanguinem sistit coagulum cervinum ex aceto, item leporis, huius quidem et pilorum cinis, item ex fimo asini cinis inlitus, efficacior vis e maribus aceto admixto et in lana ad omne profluvium inposito, similiter ex equino, capitis et feminum aut fimi vitulorum cinis inlitus ex aceto, item caprini cornus vel

[1] recentiores *Hard.*: reverentiores *codd.*

[a] With the reading of the MSS., "more cautious."

remedy for burns, but it is more adulterated than any other, a decoction being made from any old skins and even from shoes. The most reliable glue comes from Rhodes, which is used by painters and physicians. The Rhodian too is the more approved the whiter it is; the dark and wood-like is rejected.

LXXII. It is thought that for pains in the sinews, even if pus is present there, the most beneficial remedy is a decoction of goat's dung in vinegar with honey. Strains and injuries from a blow are treated with wild-boar's dung collected in spring and dried; the same remedy is also good for charioteers who have been dragged along, or wounded by a wheel, or bruised in any way, even if the dung is applied while fresh. There are some who think it more beneficial to boil the dung in vinegar. Moreover, they assure us that this dung, reduced to powder and taken in drink, is curative of ruptures and sprains; for falls from vehicles it should be taken in vinegar. The more recent authorities[a] reduce it to ash and take in water, saying that even the Emperor Nero used to refresh himself with this draught, since he was ready even by this means to distinguish himself in the three-horse chariot-race. They think that the next most efficacious dung is that of pigs. *For strains, sprains, ruptures.*

LXXIII. Bleeding is stayed by deer's rennet in vinegar, by hare's also, by the latter reduced to ash with the fur, also by the application of ass's dung reduced to ash—the effect is more powerful if the ass is male, vinegar mixed with the ash, and wool used for the application to any haemorrhage, horse dung being similarly used, by the head and thighs, or dung, of calves, reduced to ash and applied in vinegar, also by the ash in vinegar of goat's horn *For haemorrhage.*

240 fimi ex aceto. hircini vero iocineris dissecti sanies efficacior, et cinis utriusque [1] ex vino potus vel naribus ex aceto inlitus, hircini quoque utris, vinarii dumtaxat, cinis cum pari pondere resinae, quo genere sistitur sanguis et vulnus glutinatur. haedinum quoque coagulum ex aceto et feminum eius combustorum cinis similiter pollere traduntur.

241 LXXIV. Ulcera sanat in tibiis cruribusque ursinus adips admixta rubrica, quae vero serpunt fel aprunum cum resina et cerussa, maxillarum apri vel suum cinis, fimum suum inlitum siccum, item caprinum ex aceto subactum et subfervefactum.[2] cetera purgantur et explentur butyro, cornus cervini cinere vel medulla cervi, felle taurino cum cyprino aut fimo hircino.[3] fimum recens suum vel inveterati farina inlinitur vulneribus ferro factis. phagedaenis et fistulis inmittitur fel tauri cum suco porri aut lacte mulierum vel sanguis
242 aridus cum cotyledone herba. carcinomata curat coagulum leporis cum pari pondere capparis adspersum vino, gangraenas ursinum fel pinna inlitum, asini ungularum cinis ea quae serpunt ulcera inspersus. sanguis equi adrodit carnes septica vi, item fimi equini inveterati favilla, ea vero quae phagedaenas vocant in ulcerum genere corii bubuli cinis cum melle. caro vituli recentia vulnera non patitur intumescere.
243 fimum bubulum cum melle, fimi vitulini cinis sordida

[1] *An* sexus *excidit*?

[2] subactum et subfervefactum *Mayhoff ex Plinio Iuniore et Marcello*: subfervefactum *codd.*

[3] aut fimo hircino *Detlefsen*: oleo aut irino *Mayhoff ex Plinio Iuniore cum cod.* d: *varia codd.*

---

[a] For *sanies* see Celsus, V. 26, 20.

[b] Has *sexus* fallen out here?

or dung. The sanies,[a] however, exuding from he-goat's liver when cut up is more efficacious, as is the liver of goats of either sex,[b] reduced to ash and taken in wine or applied to the nostrils in vinegar, or the leather of a he-goat, but only that of a wine bottle, reduced to ash and with an equal weight of resin, by which remedy bleeding is stayed and the wound closed. Kid's rennet also in vinegar and kid's thighs burnt to ash are reported to be similarly effective.

LXXIV. Ulcers on the shins or shanks are healed by bear's grease mixed with ruddle, but spreading ulcers by wild boar's gall with resin and white lead, by the jaw-bones of wild boars or pigs reduced to ash, by the application of dried pigs'-dung, also by goat's dung, kneaded in vinegar and warmed. The other kinds of sores are cleansed and filled up by butter, by the ash of deer's horn or by deer's marrow, by bull's gall with cyprus oil or he-goat's dung.[c] To wounds inflicted with iron is applied pigs' dung, either fresh or dried and powdered. Injected into phagedaenic ulcers and fistulas is bull's gall with juice of leek or woman's milk, or else dried blood with the herb cotyledon. Cancerous sores are treated with hare's rennet and an equal weight of caper sprinkled in wine, gangrenes by bear's gall applied with a feather, spreading ulcers by the ash of ass's hoofs sprinkled over them. Flesh is eaten away by the corrosive action of horse's blood and by the ash of dried horse-dung, but the ulcers coming under the class they call phagedaenic by the ash of oxhide with honey. Veal prevents fresh wounds from swelling. Foul ulcers and those called malignant are healed by dung of ox or cow with

For ulcers and fistulae.

[c] With Mayhoff's reading: "cyprus oil and iris oil."

ulcera et quae cacoethe vocant e lacte mulieris sanant, recentes plagas ferro inlatas glutinum taurinum liquefactum, tertio die solutum. caseus caprinus siccus ex aceto ac melle purgat ulcera, quae vero serpant cohibet sebum cum cera, item addita pice ac sulpure percurat. similiter proficit ad cacoethe haedi feminum cinis e lacte mulieris et adversus carbunculos suis feminae cerebrum tostum inlitumque.

244 LXXV. Scabiem hominis asininae medullae maxime abolent et urina [1] eiusdem cum suo [2] luto inlita,[3] butyrum etiam quod in iumentis proficit cum resina calida, glutinum taurinum in aceto liquefactum addita calce, fel caprinum cum aluminis cinere, bovas fimum bubulum, unde et nomen traxere. canum scabies sanatur bubulo sanguine recenti iterumque, cum inarescat, inlito et postero die abluto cinere lixivo.

245 LXXVI. Spinae et similia corpori extrahuntur felis excrementis, item caprae ex vino, coagulo quocumque, sed maxime leporis, cum turis polline et oleo aut cum visci pari pondere aut cum propoli. cicatrices nigras sebum asininum reducit ad colorem, fel vituli extenuat calefactum. medici adiciunt murram et mel et crocum aereaque puxide condunt. aliqui et florem aeris admiscent.

246 LXXVII. Mulierum purgationes adiuvat fel tauri in lana sucida adpositum—Olympias Thebana addidit oesypum [4] et nitrum—cornus cervini cinis potus, item

[1] urina *Mayhoff*: urinae *codd., Detlefsen.*
[2] suo *codd.*: suillo *Urlichs, Detlefsen.*
[3] inlita *Mayhoff*: inlitae *Detlefsen*: inlito *codd.*
[4] oesypum *vet. Dal. ex Dioscoride, Mayhoff*: hysopum *Detlefsen, codd.*

[a] *Bovae* = "ox disease."

honey, or by the ash of calf's dung in woman's milk, fresh wounds inflicted with iron by melted bull's glue, which is taken off on the third day. Ulcers are cleansed by dry goat's-cheese in vinegar and honey, while spreading ulcers are checked by goat suet with wax, and the addition of pitch and sulphur makes the cure complete. In a similar way malignant ulcers are improved by the ash of a kid's thighs in woman's milk, and for carbuncles are used a sow's brains, roasted and applied.

For itch.

LXXV. For itch in men the best cure is the marrow of the ass, or ass's urine applied with its own mud, butter likewise, which with warm resin also benefits itch in draught animals, bull glue melted in vinegar and with lime added, goat gall with the ash of alum; ox or cow dung is good for *bovae*,[a] whence comes the name of the disease. Itch in dogs is cured by the fresh blood of ox or cow, applied again when it is dry, and on the following day washed off with lye ash.

For thorns, etc., in the flesh.

LXXVI. Thorns and similar objects are extracted by a cat's excrements, also by a she-goat's in wine, by any kind of rennet but especially by hare's with powdered frankincense and oil, or else with an equal weight of mistletoe, or with bee glue. Black scars are brought back to the original colour by ass's suet, and made fainter by warmed calf's gall. Physicians add myrrh, honey and saffron, and keep in a bronze box; some add to the mixture flower of bronze.[b]

For female complaints.

LXXVII. The purgings of women are aided by bull's gall applied as a pessary in unwashed wool—Olympias, a woman of Thebes added suint and soda—by ash of deer's horn taken in drink, and uterine

[b] Red oxide of copper.

vulva laborantes inlitus quoque et fel taurinum cum opio adpositum obolis binis. vulvas et pilo cervino suffire prodest. tradunt cervas, cum senserint se gravidas, lapillum devorare, quem in excrementis repertum aut in vulva—nam et ibi invenitur—custo-
247 dire partus adalligatum. inveniuntur et ossicula in corde et in vulva perquam utilia gravidis parturientibusque. nam de pumice quae in vaccarum utero simili modo invenitur diximus in natura boum. lupi adips inlitus vulvas mollit, dolores earum iocur. carnes lupi edisse parituris prodest, aut si incipientibus parturire sit iuxta qui ederit, adeo ut etiam contra in-
248 latas noxias valeat. eundem supervenire pernitiosum est. magnus et leporis usus mulieribus. vulvas adiuvat pulmo aridus potus, profluvia iocur cum Samia terra ex aqua potum, secundas coagulum—caventur pridiana balnea—inlitum quoque cum croco et porri suco, in [1] vellere adpositum abortus mortuos expellit. si vulva leporum in cibis sumatur, mares concipi putant, hoc et testiculis eorum et coagulo profici, conceptum leporis utero exemptum his quae parere desierint
249 restibilem fecunditatem adferre. sed pro conceptu [2] leporis saniem et viro Magi propinant, item virgini

[1] in *add. Mayhoff.*
[2] sed pro conceptu E r d, *Detlefsen*: sic conceptus *Mayhoff.*

[a] See XI. § 203. [b] Possibly "cat."

troubles by an application also of this, and by two-oboli pessaries of bull's gall and poppy juice. It is beneficial also to fumigate the uterus with deer's hair. It is reported that hinds, when they realise that they are pregnant, swallow a little stone which, found in their excrements or in the uterus—for it is found there also—prevents miscarriage if worn as an amulet. There are also found in the heart and in the uterus little bones that are very useful to women who are pregnant or in child-bed. But about the pumice-like stone which in a similar way is found in the uterus of cows I have spoken when dealing with the nature of oxen.[a] The uterus is softened by an application of wolf's fat, pains there by wolf's liver, but to have eaten [b] the flesh of the wolf is beneficial for women near delivery, or at the beginning of labour the near presence of one who has eaten it, so much so that sorceries put upon the woman are counteracted. But for such a person to enter during delivery is a deadly danger. The hare is also of great use to women. The uterus is benefited by the dried lung taken in drink, fluxes by the liver taken in water with Samian earth, the after-birth is eased by hare's rennet—the bath must be avoided the day before—by the rennet applied also with saffron and leek juice; a pessary of it in raw wool brings away a dead foetus. If the uterus of the hare is taken in food, it is believed that males are conceived; that the same result is obtained by eating its testicles and rennet; that the foetus of a hare, taken from its uterus, brings a renewed fertility to women who are passed child-bearing. But the sanies of a hare is given by the Magi even to the male partner that conception may occur, and likewise

VIIII grana fimi ut stent perpetuo mammae. coagulo
quoque ob id cum melle inlinunt, sanguinem ubi evol-
sos pilos renasci nolunt. inflationi vulvae fimum
aprunum suillumve cum oleo inlini prodest. efficacius
sistit farina aridi, ut aspergatur potioni, vel si gravidae
250 aut puerperae torqueantur. lacte suis poto cum
mulso adiuvantur partus mulierum, per se vero potum
deficientia ubera puerperarum replet. eadem cir-
cumlita sanguine feminae suis minus crescent. si
dolent, lactis asinini potu mulcentur, quod addito
melle sumptum et purgationes earum adiuvat. sanat
et vulvarum exulcerationes eiusdem animalis sebum
inveteratum et in vellere adpositum duritias vulvarum
emollit. per se vero recens vel inveteratum ex aqua
251 inlitum psilotri vim optinet. eiusdem animalis lien
inveteratus ex aqua inlitus mammis abundantiam
facit, vulvas suffitu corrigit. ungulae asininae suffitio
partum maturat ut vel abortus evocetur, nec aliter
adhibentur, quoniam viventem partum necant. eius-
dem animalis fimum si recens inponatur, profluvia
sanguinis mire sedare dicitur, nec non et cinis eiusdem
252 fimi, qui et vulvae prodest inpositus. equi spuma
inlita per dies XL prius quam primum nascantur pili
restinguntur, item cornus cervini decocto, melius, si
recentia sint cornua. lacte equino iuvantur vulvae
collutae. quod si mortuus partus sentiatur, lichen

[a] Probably "fresh," "from a deer just killed."

to a maiden nine pellets of hare's droppings to make the breasts permanently firm. They also use for this purpose the rennet with honey as liniment, and the blood to prevent hairs plucked out from growing again. For inflation of the uterus it is beneficial to make with oil a liniment of wild boar's dung or pig's. More efficacious is the dried dung reduced to powder to sprinkle in the drink, even if the woman is suffering the pains of pregnancy or child-birth. By drinking sow's milk with honey wine child-birth is eased, while taken by itself it refills the drying breasts of nursing mothers. These swell less if rubbed round with a sow's blood. If they are painful they are soothed by drinking ass's milk, which taken with the addition of honey is also beneficial for the purgings of women. Ulcerations also of the uterus are healed by the dried suet of the same animal, which applied in raw wool as a pessary softens uterine indurations, while by itself either fresh or dried suet, applied in water, acts as a depilatory. Dried ass's spleen, applied in water to the breasts, produces an abundant supply of milk, and used in fumigation corrects displacement of the uterus. Fumigation with ass's hoofs hastens delivery, so that even a dead foetus is extracted; only then is the treatment applied, for it kills a living infant. Ass's dung applied fresh is said to be a wonderful reliever of fluxes of blood, as is also the ash of the same dung, an application which is also beneficial to the uterus. By horse's foam, applied for forty days before they first grow, hairs are prevented, also by a decoction of deer's horns, which is more beneficial if the horns are new.[a] It is beneficial to wash out the uterus with mare's milk. But if the foetus is felt to be dead, it is expelled by

equae e dulci potus eicit, item ungula suffitu aut fimum aridum. vulvas procidentes butyrum infusum sistit. induratam vulvam aperit fel bubulum rosaceo admixto, foris vellere cum resina terebinthina in-
253 posito. aiunt et suffitu fimi e mari bove procidentes vulvas reprimi, partus adiuvari, conceptus vero vaccini lactis potu. sterilitatem a partus vexatione fieri certum est. hanc emendari Olympias Thebana adfirmat felle taurino et adipe serpentium et aerugine ac melle medicatis locis ante coitus. vitulinum quoque fel in purgationibus sub coitu adspersum vulvae etiam duritias ventris[1] emollit et profluvium minuit umbilico peruncto atque in totum vulvae prodest.
254 modum statuunt fellis pondere denarii, opii tertiam admixto amygdalino oleo quantum satis esse appareat, haec in vellere inponunt. masculi fel vituli cum mellis dimidio tritum servatur ad vulvas. carnem vituli si cum aristolochia inassatam edant circa conceptum, mares parituras promittunt. medulla vituli in vino et aqua decocta cum sebo exulcerationibus vulvarum inposita prodest, item adips vulpium excrementumque felium, hoc cum resina et rosaceo
255 inpositum. caprino cornu suffiri vulvam utilissimum putant. silvestrium caprarum sanguis cum palma marina pilos detrahit, ceterarum vero fel callum

[1] ventris *codd., Detlefsen*: veteres *Mayhoff.*

---

[a] Mayhoff's emendation of *ventris* to *veteres* ("chronic indurations of the uterus") is attractive because it allows *vulvae* to be taken with *duritias*, and also avoids the apparently irrelevant introduction of *ventris* in a list of female complaints. On the other hand, with this reading one would expect *etiam* to come immediately before *veteres*. Perhaps *ventris* emphasizes the general efficacy of calf's gall as a softener.

taking in fresh water the excrescence from the leg of a mare, also by fumigation with the hoof or the dried dung. An injection of butter stays prolapsus of the uterus. A hardened uterus is opened by ox gall mixed with rose oil, with an external application of terebinth resin on unwashed wool. They say that prolapsus of the uterus is corrected also by fumigation with the dung of an ox, that delivery is aided, and conception also, by drinking cow's milk. It is certain that sterility may result from sufferings at child-birth. This kind of barrenness, we are assured by Olympias of Thebes, is cured by bull's gall, serpents' fat, copper rust and honey, rubbed on the parts before intercourse. Calf's gall also, sprinkled on the uterus during menstruation just before intercourse, softens even indurations of the bowels,[a] checks the flow if rubbed on the navel, and is generally beneficial to the uterus. The amount of gall prescribed is a denarius by weight; this and a third part of poppy juice, with as much almond oil as seems to be called for. The mixture is laid on unwashed wool. A bull-calf's gall beaten up with half the quantity of honey is stored away for uterine complaints. If women about the time of conception eat roasted veal with aristolochia, they are assured that they will bring forth a male child. A calf's marrow, boiled down in wine and water with calf's suet and applied to an ulcerated uterus, is beneficial, as is the fat of foxes with the excrement of cats, the last being applied with resin and rose oil. It is thought that to fumigate the uterus with goat's horn is very beneficial. The blood of wild she-goats with sea palm acts as a depilatory, while of other she-goats the gall softens callus of the uterus if sprinkled on it,

vulvarum emollit inspersum et a purgatione conceptus facit. sic quoque psilotri vis efficitur, evulsis pilis triduo servatur inlitum. profluvium quamvis inmensum urina caprae pota sisti obstetrices promittunt, et si fimum inlinatur. membrana caprarum in qua partus editur inveterata potuque sumpta in vino
256 secundas pellit. haedorum pilis suffiri vulvas utile putant et in profluvio sanguinis coagulum bibi aut cum[1] hyoscyami semine inponi. e bove silvestri nigro si sanguine ricini lumbi perungantur mulieri, taedium veneris fieri dicit Osthanes, idem amoris potu hirci urinae admixto propter fastidium nardo.

257 LXXVIII. Infantibus nihil butyro utilius per se et cum melle, privatim et in dentitione et ad gingivas et ad oris ulcera. dens lupi adalligatus infantium pavores prohibet dentiendique morbos, quod et pellis lupina praestat—dentes quidem eorum maximi equis quoque adalligati infatigabilem cursum praestare
258 dicuntur. leporum coagulo ubere inlito sistitur infantium alvus. iocur asini admixta modice panace instillatum in os a comitialibus morbis et aliis infantes tuetur; hoc XL diebus fieri praecipiunt. et pellis asini iniecta inpavidos infantes facit. dentes qui equis primum cadunt facilem dentitionem praestant adalligati infantibus, efficacius, si terram non attigere.

[1] *Ante* hyoscyami *add.* cum *Mayhoff.*

and after a menstruation causes conception; such an application also acts as a depilatory; after the hairs are pulled out it is kept on for three days. Midwives assure us that a flux, however copious, is stayed by drinking the urine of a she-goat, or if an application is made of her dung. The membrane that covers the new-born offspring of she-goats, kept till dry and taken in wine, brings away the after-birth. To fumigate the uterus with the hairs of kids is thought to be beneficial, and it is so for a flux of blood if kid's rennet is taken in drink, or applied locally with seed of hyoscyamus. Osthanes says that if the loins of a woman are rubbed thoroughly with the blood of a tick from a black wild-bull, she will be disgusted with sexual intercourse, and also with her love if she drinks the urine of a he-goat, nard being added to disguise the foul taste.

Treatment for babies.

LXXVIII. For babies nothing is more beneficial than butter, either by itself or with honey, especially when they are troubled with teething, sore gums, or ulcerated mouth. The tooth of a wolf tied on as an amulet keeps away childish terrors and ailments due to teething, as does also a piece of wolf's skin. Indeed the largest teeth of wolves tied as an amulet even on horses are said to give them unwearied power of speed. Hare's rennet applied to the mothers' breasts checks the diarrhoea of babies. Ass's liver mixed with a moderate amount of panaces and let drip into the mouth protects babies from epilepsy and other diseases; the treatment, it is prescribed, should continue for forty days. Ass's hide laid on babies keeps them free from fears. The first teeth of horses to fall out make the cutting of teeth easy for babies who wear them as an amulet, a more efficacious one

259 lien bubulus in melle et datur et inlinitur ad lienis dolores, ad[1] ulcera manantia cum melle ** lien vituli in vino decoctus tritusque et inlitus ulcuscula oris. cerebrum caprae Magi per anulum aureum traiectum prius quam lac detur infantibus instillant contra comitiales ceterosque infantium morbos. caprinum fimum inquietos infantes adalligatum panno cohibet, maxime puellas. lacte caprino aut cerebro leporum perunctae gingivae faciles dentitiones faciunt.

260 LXXIX. Somnos fieri lepore sumpto in cibis Cato arbitrabatur, vulgus et gratiam corpori in VIIII dies, frivolo quidem ioco, cui tamen aliqua debeat subesse causa in tanta persuasione. Magi felle caprae, sacrificatae dumtaxat, inlito oculis vel sub pulvino posito somnum allici dicunt. sudores inhibet cornus caprini cinis ex myrteo oleo perunctis.

261 LXXX. Coitus stimulat fel aprunum inlitum, item medullae suum haustae, sebum asininum anseris masculi adipe admixto inlitum, item a coitu equi a Vergilio quoque descriptum virus et testiculi equini aridi ut potioni interi possint dexterve asini testis in vino potus, portione[2] vel adalligatus bracchiali, eiusdem a coitu spuma collecta russeo panno et inclusa
262 argento, ut Osthanes tradit. Salpe genitale in oleum fervens mergi iubet septies eoque perungui perti-

[1] ad *codd.*: sedat *Mayhoff*: *post* melle *lacunam indicat Sillig.*

[2] portione *del. Warmington ex* potioni *ortum. Vide tamen Önnerfors, Pliniana* pp. 166, 167.

---

[a] With Mayhoff's reading: "running sores are soothed by etc."

[b] The pun is on *lepus* "hare" and *lepos* "charm."

[c] See *Georgics III* 280.

if the teeth have not touched the ground. Ox spleen in honey is administered internally and externally for painful spleen; for running sores [a] with honey . . . a calf's spleen boiled in wine, beaten up, and applied to little sores in the mouth. The brain of a she-goat, passed through a golden ring, is given drop by drop by the Magi to babies, before they are fed with milk, to guard them from epilepsy and other diseases of babies. Restless babies, especially girls, are quietened by an amulet of goat's dung wrapped in a piece of cloth. Rubbing the gums with goat's milk or hares' brains makes easy the cutting of teeth.

LXXIX. Cato thought that to take hare as food is soporific, and a popular belief is that it also adds charm to the person for nine days, a flippant pun,[b] but so strong a belief must have some justification. According to the Magi the gall of a she-goat—she must be an animal sacrificed—induces sleep if applied to the eyes or placed under the pillow. Sweats are checked by rubbing the body with myrtle oil and ash of goat's horn. *Soporifics.*

LXXX. Aphrodisiacs are: an application of wild-boar's gall, pig's marrow swallowed, or an application of ass's suet mixed with a gander's grease; also the fluid that Virgil[c] too describes as coming from a mare after copulation, the testicles of a horse, dried so that they may be powdered into drink, the right testis of an ass taken in wine, or a portion of it worn as an amulet on a bracelet; or the foam of an ass after copulation, collected in a red cloth and enclosed, as Osthanes tells us, in silver. Salpe prescribes an ass's genital organ to be plunged seven times into hot oil, and the relevant parts to be rubbed therewith,

nentes partes, Dalion cinerem ex eodem bibi vel tauri a coitu urinam, luto ipso inlini pubem. at e diverso muris [1] fimo inlito cohibetur virorum venus. ebrietatem arcet pulmo apri aut suis assus, ieiuni [2] cibo sumptus eo die, item haedinus.

263 LXXXI. Mira praeterea traduntur in isdem animalibus: vestigium equi excussum ungula, ut solet plerumque, si quis collectum reponat, singultus remedium esse recordantibus quonam loco id reposuerint, iocur luporum equinae ungulae simile esse et rumpi equos qui vestigia luporum sub equite sequantur, talis suum discordiae vim quandam inesse, in incendiis, si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius extrahi nec recurrere oves bovesque, hircorum carnes
264 virus non resipere, si panem hordeacium eo die quo interficiantur ederint laserve dilutum biberint, nullas vero teredinem sentire luna decrescente induratas sale. adeoque nihil omissum est ut leporem surdum celerius pinguescere reperiamus, animalium vero
265 medicinas: si sanguis profluat iumentis, suillum fimum ex vino infundendum, boum autem morbis sebum, sulpur vivum, alium silvestre concoctum,[3] trita in vino danda aut vulpis adipem; carnem caballinam

[1] muris *vulg.*, *Detlefsen*: tauri *Mayhoff*: muri *codd.*: *fortasse* muli.
[2] ienuni *codd.*, *Detlefsen*: ieiunis in *C. F. W. Müller*, *Mayhoff*.
[3] concoctum T, *Sillig*, *Detlefsen*: ovum crudum *Mayhoff*, *qui* ovum non coctum *coni.*: ovum coctum *vulg.*

---

[a] With Mayhoff's reading: "bull's."
[b] The emendation of C. F. W. Müller is more normal than the reading of the MSS., but the latter can just be construed with the same sense.

Dalion the ash from it to be taken in drink, or the urine of a bull after copulation to be drunk, or the mud itself made by it applied to the pubic parts. On the other hand antaphrodisiac for men is an application of mouse's [a] dung. Intoxication is kept away by the roasted lung of a wild boar or pig, taken in food the same day on an empty stomach,[b] or the lung used may be that of a kid.

Beliefs about animals.

LXXXI. In addition, wonderful things are reported of the same animals [c]: that if a horse casts his shoe, as often happens, and some one picks it up and puts it away, it is a cure of hiccoughs in those who remember where they have put it; that a wolf's liver is like a horse's hoof; that horses burst themselves which, carrying a rider, follow the tracks of wolves; that there is a kind of quarrelsome force in the pastern bones of pigs; that if, in case of fire, a little dung is brought out of the stables, sheep and oxen are more easily pulled out and do not run back; that the flesh of he-goats does not taste strong if on the day they are killed they have eaten barley bread or drunk diluted laser [d]; that no meat, salted when the moon is on the wane, is eaten by maggots. So much care has been taken to leave nothing out, that I find that a deaf hare fattens more quickly, and that there are also medicines made for animals: it is prescribed that if draught cattle suffer from haemorrhage, there should be injected pig's dung in wine; and that for the diseases of oxen suet, native sulphur, and a decoction of wild garlic, should all be pounded and given in wine, or else fox

[c] Or, "also of animals."
[d] Or, "an infusion of laser." It depends whether the juice or the plant is meant by "laser."

discoctam potu suum morbis mederi, omnium vero
quadripedum morbis capram solidam cum corio et
rana rubeta discoctam, gallinaceos non attingi a
vulpibus qui iocur animalis eius aridum ederint, vel
si pellicula ex eo collo induta galli inierint, similiter
266 in felle mustelae, boves in Cypro contra tormina
hominum excrementis sibi mederi, non subteri pedes
boum, si prius cornua ima pice liquida perunguantur,
lupos in agrum non accedere, si capti unius pedibus
infractis cultroque adacto paulatim sanguis circa fines
agri spargatur atque ipse defodiatur in eo loco ex quo
267 coeperit trahi, aut si vomerem quo primus sulcus eo
anno in agro ductus sit excussum aratro focus Larum
quo familia convenit[1] exurat, lupum nulli animalium
nociturum in eo agro quam diu id fiat. hinc deinde
praevertemur ad animalia sui generis quae aut
placida non sunt aut fera.

[1] convenit] conveniet *codd.*, *Mayhoff.*

fat; that horse flesh thoroughly boiled and taken in drink cures the diseases of pigs, while those of all quadrupeds are cured by a she-goat boiled whole with the hide and a bramble toad; that chickens are not touched by foxes if they have eaten dried fox-liver, or if the cocks have trodden the hens wearing a piece of fox skin round their necks; similarly with a weasel's gall; that the oxen in Cyprus eat human excrement to cure themselves of colic; that the hoofs of oxen are not chafed underneath if the bases of their horns are first rubbed with liquid pitch; that wolves do not enter a field if one is caught, his legs broken, a knife driven into the body, the blood sprinkled a little at a time around the boundaries of that field, and the body itself buried in that place at which the dragging of it began; or if the share, with which that year the first furrow of that field was cut, is knocked from the plough and burnt on the hearth of the Lares where the family assemble, a wolf will harm no animal in that field so long as the custom is kept up. We will now turn to animals in a peculiar class by themselves, which are not either tame or wild.

BOOK XXIX

LIBER XXIX

I. Natura remediorum atque multitudo instantium ac praeteritorum plura de ipsa medendi arte cogunt dicere, quamquam non ignarus sim, nulli ante haec Latino sermone condita ancepsque iudicium[1] esse rerum omnium novarum, talium[2] utique tam sterilis
2 gratiae tantaeque difficultatis in promendo. sed quoniam[3] occurrere verisimile est omnium qui haec noscant cogitationi, quonam modo exoleverint in medicinae usu quae iam parata atque pertinentia erant, mirumque et indignum protinus subit nullam artium inconstantiorem fuisse aut etiamnunc saepius mutari, cum sit fructuosior nulla. dis primum inven-
3 tores suos adsignavit et caelo dicavit. nec non et hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. auxit deinde famam etiam crimine, ictum fulmine Aesculapium fabulata, quoniam Tyndareum revocavisset ad vitam. nec tamen cessavit narrare alios revixisse opera sua clara Troianis temporibus, quibus fama certior, vulnerum tamen dumtaxat remediis.
4 II. Sequentia eius, mirum dictu, in nocte densissima latuere usque ad Peloponnesiacum bellum.

[1] iudicium *Detlefsen* : lubricum *Mayhoff* : ac lubricum d T.
[2] talium E *Gel.*, *Detlefsen* : exordium *Mayhoff* : et talium RdTf : et alium r : et italicum V : artium *coni. Warmington.*
[3] quoniam *codd.*, *Detlefsen* : quaestionem *Mayhoff.*

[a] Pliny seems to forget Scribonius Largus (if he knew him) and Celsus.

BOOK XXIX

I. The nature of remedies, and the great number of those already described or waiting to be described, compel me to say more about the art of medicine itself, although I am aware that no one hitherto has treated the subject in Latin,[a] and that the judgement passed on all new endeavours is uncertain, especially on such as are barren of all charm, and the difficulty of setting them forth is so great. But since it is likely to come into the minds of all students of the subject to ask why ever things ready to hand and appropriate have become obsolete in medical practice, the thought occurs at once that it is both a wonder and a shame that none of the arts has been more unstable, or even now more often changed, although none is more profitable. To its pioneers medicine assigned a place among the gods and a home in heaven, and even today medical aid is in many ways sought from the oracle. Then medicine became more famous even through sin, for legend said that Aesculapius was struck by lightning for bringing Tyndareus back to life. But medicine did not cease to give out that by its agency other men had come to life again, being famous in Trojan times, in which its renown was more assured, but only for the treatment of wounds. *Early medicine.*

II. The subsequent story of medicine, strange to say, lay hidden in darkest night down to the Pelopon-

tunc eam revocavit in lucem Hippocrates genitus in insula Coo in primis clara ac valida et Aesculapio dicata. is, cum fuisset mos liberatos morbis scribere in templo eius dei quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque, ut Varro apud nos credit, templo cremato instituisse medicinam hanc quae clinice vocatur. nec fuit postea quaestus modus, quoniam Prodicus[1] Selymbriae natus, e discipulis eius, instituit quam vocant iatralipticen et unctoribus quoque medicorum ac mediastinis vectigal invenit.

III. Horum placita Chrysippus ingenti garrulitate mutavit plurimumque et ex Chrysippo discipulus eius Erasistratus Aristotelis filia genitus. hic Antiocho rege sanato centum talentis donatus est a rege Ptolomaeo filio eius, ut incipiamus et praemia artis ostendere.

IV. Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen coepit in Sicilia. Acrone Agragantino Empedoclis physici auctoritate commendato. V. dissederuntque hae scholae, et omnes eas damnavit Herophilus in musicos pedes venarum pulsu discripto per aetatum gradus. deserta deinde et haec secta

[1] Prodicus] *Coni.* Herodicus *Dal.*

---

[a] It is thought that Pliny should have said Herodicus, who was the teacher, not the pupil, of Hippocrates.

[b] A celebrated Cnidian physician of the early third century B.C. Perhaps Pliny, with his *ingenti garrulitate*, has confused this physician with the Stoic philosopher, a prolific writer who lived about the same time.

[c] Really the adopted son.

nesian War, when it was restored to the light by Hippocrates, who was born in the very famous and powerful island of Cos, sacred to Aesculapius. It had been the custom for patients recovered from illness to inscribe in the temple of that god an account of the help that they had received, so that afterwards similar remedies might be enjoyed. Accordingly Hippocrates, it is said, wrote out these inscriptions, and, as our countryman Varro believes, after the temple had been burnt, founded that branch of medicine called "clinical." Afterwards there was no limit to the profit from medical practice, for one of the pupils of Hippocrates, Prodicus,[a] born in Selymbria, founded *iatraliptice* ("ointment cure"), and so discovered revenue for the anointers even and drudges of the doctors.

Hippocrates.

The successors of Hippocrates.

III. Changes from their tenets were made, with a flood of verbiage, by Chrysippus,[b] and from Chrysippus also a violent change was made by his pupil Erasistratus, a son[c] of the daughter of Aristotle. For curing King Antiochus he received a hundred talents from King Ptolemy, his son, to begin my account of the prizes also of the profession.

IV. Another medical clique, calling themselves "Empirics" because they relied on experience, arose in Sicily, where Acron of Agrigentum received support from Empedocles, the physical scientist. V. These schools disagreed with each other, and were all condemned by Herophilus,[d] who divided pulsation into rhythmic feet for the various periods of life. Then this sect also was abandoned, because it was necessary for its members to have book-

[d] A famous physician of Alexandria, who was the first to count pulses.

est, quoniam necesse erat in ea litteras scire. mutata
et quam postea Asclepiades, ut rettulimus, invenerat.
auditor eius Themison fuit, seque inter initia adscripsit
illi, mox procedente vita[1] sua et[2] placita mutavit,
sed et illa Antonius Musa eiusdem auditor[3] auctori-
tate divi Augusti quem contraria medicina gravi
7 periculo exemerat. multos praetereo medicos cele-
berrimosque ex his Cassios, Calpetanos, Arruntios,
Rubrios. ducena quinquagena HS annuales[4] mer-
cedes fuere apud principes. Q. Stertinius inputavit
principibus quod sestertiis quingenis annuis contentus
esset, sescena enim sibi quaestu urbis fuisse enumera-
8 tis domibus ostendebat. par et fratri eius merces a
Claudio Caesare infusa est, censusque, quamquam
exhausti operibus Neapoli exornata, heredi $\overline{\text{HS}}$ $\overline{\text{ccc}}$
reliquere, quantum aetate eadem[5] Arruntius solus.
exortus deinde est Vettius Valens adulterio Messa-
linae Claudii Caesaris nobilitatus pariterque elo-
quentia.[6] adsectatores et potentiam nanctus novam
instituit sectam. eadem aetas Neronis principatu ad
9 Thessalum transilivit delentem cuncta placita et
rabie quadam in omnis aevi medicos perorantem,
quali prudentia ingenioque aestimari vel uno argu-

[1] vita *vulg.*: vitia *codd.*

[2] sua et VRTf: ad sua E *Detlefsen*: sua d, *vulg.*: *an* et sua?

[3] auditor] *om. codd., excidisse putat Mayhoff.*

[4] annuales dTf: annua his E *Detlefsen*: annuae iis *Mayhoff.*

[5] aetate eadem *Ianus, Mayhoff*: Athenaidi *coni. Detlefsen* Athena id est E *vulg.*: Athenade R: Athena dens d.

[6] eloquentiae adsectatores et potentiae *Mayhoff.*

[a] He used cold baths instead of hot.

[b] These were probably Greeks, in spite of their Roman names.

learning, and that sect also was changed that afterwards had been founded, as I have related, by Asclepiades. He had a pupil called Themison, who at first followed his master, but then later in life he also changed his tenets, a further change being made by Antonius Musa, another pupil of Asclepiades, with the support of the late Emperor Augustus, whose life in a dangerous illness he had saved by reversing the treatment.[a] I pass over many famous physicians, among them men like Cassius, Calpetanus, Arruntius and Rubrius.[b] Two hundred and fifty thousand sesterces were their annual incomes[c] from the Emperors. Q. Stertinius said that the Emperors were in his debt because he had been content with an income of five hundred thousand sesterces a year, proving by a counting of homes that his city practice had brought in six hundred thousand. A like fortune also was showered by Claudius Caesar upon his brother, and the estates, although exhausted by beautifying Naples with buildings, left to the heir thirty million, Arruntius alone in the same age leaving as much. Then there arose Vettius Valens, celebrated for his intrigue with Messalina, wife of Claudius Caesar, and equally so for his eloquence. Chancing to gain followers and power he founded a new sect. The same generation in the principate of Nero rushed over to Thessalus, who swept away all received doctrines, and preached against the physicians of every age with a sort of rabid frenzy. The wisdom and talent he showed can be fully judged even by one piece of evidence: on his monu-

Asclepiades.

Physicians' incomes.

Thessalus.

[c] The reading *annuales* has such strong support (R too has *anulis*) that with much misgiving I retain it.

mento abunde potest, cum monumento suo, quod est Appia via, iatronicen se inscripserit. nullius histrionum equorumque trigarii comitatior egressus in publico erat, cum Crinas Massiliensis arte geminata, ut cautior religiosiorque, ad siderum motus ex ephemeride mathematica cibos dando horasque observando auctoritate eum praecessit, nuperque $\overline{\text{HS}}$ $\bar{c}$ reliquit, muris patriae moenibusque aliis paene
10 non minore summa extructis. hi regebant fata, cum repente civitatem Charmis ex eadem Massilia invasit damnatis non solum prioribus medicis verum et balneis, frigidaque etiam hibernis algoribus lavari persuasit. mersit aegros in lacus. videbamus senes consulares usque in ostentationem rigentes, qua de re
11 exstat etiam Annaei Senecae adstipulatio. nec dubium est omnes istos famam novitate aliqua aucupantes anima statim nostra negotiari. hinc illae circa aegros miserae sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne videatur accessio alterius. hinc illa infelix monumentis inscriptio, turba se medicorum perisse. mutatur ars cottidie totiens interpolis, et ingeniorum Graeciae flatu inpellimur, palamque est, ut quisque inter istos loquendo polleat,

[a] See *Epistles* VI. 1, 3 and XII. 1, 5.
[b] Or, "ominous."
[c] Or, "breeze from."

ment on the Appian Way he described himself as *iatronices*, "the conqueror of physicians." No actor, no driver of a three-horse chariot, was attended by greater crowds than he as he walked abroad in public, when Crinas of Massilia united medicine with another art, being of a rather careful and superstitious nature, and regulated the diet of patients by the motions of the stars according to the almanacs of the astronomers, keeping watch for the proper times, and outstripped Thessalus in influence. Recently he left ten millions, and the sum he spent upon building the walls of his native city and other fortifications was almost as much. These men were ruling our destinies when suddenly the state was invaded by Charmis, also from Massilia, who condemned not only previous physicians but also hot baths, persuading people to bathe in cold water even during the winter frosts. His patients he plunged into tanks, and we used to see old men, consulars, actually stiff with cold in order to show off. Of this we have today a confirmation even in the writings of Annaeus Seneca.[a] There is no doubt that all these, in their hunt for popularity by means of some novelty, did not hesitate to buy it with our lives. Hence those wretched, quarrelsome consultations at the bedside of the patient, no consultant agreeing with another lest he should appear to acknowledge a superior. Hence too that gloomy [b] inscription on monuments: "It was the crowd of physicians that killed me." Medicine changes every day, being furbished up again and again, and we are swept along on the puffs [c] of the clever brains of Greece. It is obvious that anyone among them who acquires power of speaking at once assumes supreme command

imperatorem illico vitae nostrae necisque fieri, ceu vero non milia gentium sine medicis degant nec tamen sine medicina, sicuti p. R. ultra sexcentesimum annum, neque ipse in accipiendis artibus lentus, medicinae vero etiam avidus, donec expertam damnavit.

12 VI. Etenim percensere insignia priscorum in his moribus convenit. Cassius Hemina ex antiquissimis auctor est primum e medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum Lysaniae filium L. Aemilio M. Livio cos. anno urbis DXXXV, eique ius Quiritium datum et tabernam in compito Acilio emptam ob id
13 publice. vulnerarium eum fuisse tradunt,[1] mireque gratum adventum eius initio, mox a saevitia secandi urendique transisse nomen in carnificem et in taedium artem omnesque medicos, quod clarissime intellegi potest ex M. Catone, cuius auctoritati triumphus atque censura minimum conferunt, tanto plus in ipso est. quamobrem verba eius ipsa ponemus:

14 VII. Dicam de istis Graecis suo loco, M. fili.[2] quid Athenis exquisitum habeam et quod bonum sit illorum litteras inspicere, non perdiscere, vincam. nequissimum et indocile genus illorum, et hoc puta vatem dixisse: quandoque ista gens suas litteras

[1] tradunt *vulg., Detlefsen*: egregium *Mayhoff*: credunt *codd.*

[2] *Mayhoff hoc modo distinguit*: *post* fili *comma*, *post* perdiscere *punctum*; *post* vincam *punctum delet*; evincam *coni.*

---

[a] 219 B.C.

[b] With the reading of Mayhoff: "He also says that Archagathus was an excellent surgeon, etc."

over our life and slaughter, just as if thousands of peoples do not live without physicians, though not without physic, as the Roman people have done for more than six hundred years, although not slow themselves to welcome science and art, being actually greedy for medicine until trial led them to condemn it.

VI. In fact this is the time to review the outstanding features of medical practices in the days of our fathers. Cassius Hemina, one of our earliest authorities, asserts that the first physician to come to Rome was Archagathus, son of Lysanias, who migrated from the Peloponnesus in the year of the city 535,[a] when Lucius Aemilius and Marcus Livius were consuls. He adds that citizen rights were given him, and a surgery at the cross-way of Acilius was bought with public money for his own use. They say [b] that he was a wound specialist, and that his arrival at first was wonderfully popular, but presently from his savage use of the knife and cautery he was nicknamed "Executioner," and his profession, with all physicians, became objects of loathing. The truth of this can be seen most plainly in the opinion of Marcus Cato, whose authority is very little enhanced by his triumph and censorship; so much more comes from his personality. Therefore I will lay before my readers his very words.

Archagathus.

VII. I shall speak about those Greek fellows in their proper place, son Marcus, and point out the result of my enquiries at Athens, and convince you what benefit comes from dipping into their literature, and not making a close study of it. They are a quite worthless people, and an intractable one, and you must consider my words prophetic. When that race gives

Cato on physicians.

dabit, omnia conrumpet, tum etiam magis, si medicos suos hoc mittet. iurarunt inter se barbaros necare omnes medicina, et hoc ipsum mercede faciunt ut fides is sit et facile disperdant. nos quoque dictitant barbaros et spurcius nos quam alios opicon appellatione foedant. interdixi tibi de medicis.

15 VIII. Atque hic Cato sescentesimo quinto anno urbis nostrae obiit, octogensimo quinto suo, ne quis illi defuisse publice tempora aut privatim vitae spatia ad experiendum arbitretur. quid ergo? damnatam ab eo rem utilissimam credimus? minime, Hercules. subicit enim qua medicina se et coniugem usque ad longam senectam perduxerit, his ipsis scilicet quae nunc nos tractamus,[1] profiteturque esse commentarium sibi quo medeatur filio, servis, familiaribus,
16 quem nos per genera usus sui [2] digerimus. non rem antiqui damnabant, sed artem, maxime vero quaestum esse manipretio vitae recusabant. ideo templum Aesculapii, etiam cum reciperetur is deus, extra urbem fecisse iterumque in insula traduntur, et cum Graecos Italia pellerent diu etiam post Catonem, excepisse medicos. augebo providentiam illorum.
17 solam hanc artium Graecarum nondum exercet Romana gravitas, in tanto fructu paucissimi Quiritium

[1] nos tractamus *Gelenius, Harduinus, Mayhoff*: nos trademus *vulg., Detlefsen*: nostra scitamus *plerique codd.*

[2] usus sui *codd. et edd.*: ususve *coni. Mayhoff.*

---

[a] An uncultivated Italian tribe.

[b] Do we believe that a thing condemned by him is very useful?

[c] A curious use of *excipio*. Yet we must either so translate or with Sillig read *nec* for *et*.

us its literature it will corrupt all things, and even all the more if it sends hither its physicians. They have conspired together to murder all foreigners with their physic, but this very thing they do for a fee, to gain credit and to destroy us easily. They are also always dubbing us foreigners, and to fling more filth on us than on others they give us the foul nickname of Opici.[a] I have forbidden you to have dealings with physicians.

VIII. And this Cato died in the 605th year of the City and the 85th of his own life, so that nobody can think that he lacked opportunities in public life, or length of years in private life, to gather experiences. What then? Are we to believe that he condemned a very useful thing?[b] No, by heaven! For he adds the medical treatment by which he prolonged his own life and that of his wife to an advanced age, by these very remedies in fact with which I am now dealing, and he claims to have a notebook of recipes, by the aid of which he treated his son, servants, and household; these I rearrange under the diseases for which they are used. It was not medicine that our forefathers condemned, but the medical profession, chiefly because they refused to pay fees to profiteers in order to save their lives. For this reason even when Aesculapius was brought as a god to Rome, they are said to have built his temple outside the city, and on another occasion upon an island, and when, a long time too after Cato, they banished Greeks from Italy, to have expressly included[c] physicians. I will magnify yet further their wisdom. Medicine alone of the Greek arts we serious Romans have not yet practised; in spite of its great profits only a very few of our citizens have touched upon it,

attigere et ipsi statim ad Graecos transfugae, immo vero auctoritas aliter quam Graece eam tractantibus etiam apud inperitos expertesque linguae non est, ac minus credunt quae ad salutem suam pertinent, si intellegant. itaque, Hercules, in hac artium sola evenit ut cuicumque medicum se professo statim credatur,

18 cum sit periculum in nullo mendacio maius. non tamen illud intuemur, adeo blanda est sperandi pro se cuique dulcedo. nulla praeterea lex quae puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum vindictae. discunt periculis nostris et experimenta per mortes agunt, medicoque tantum hominem occidisse inpunitas summa est. quin immo transit convicium et intemperantia culpatur ultroque qui periere arguuntur. sed decuriae pro more censuris principum examinantur, inquisitio per parietes agitur, et qui de nummo iudicet a Gadibus columnisque Herculis arcessitur, de exilio vero non nisi XLV electis viris

19 datur tabella. at de iudice ipso quales in consilium eunt statim occisuri! merito, dum nemini nostrum libet scire quid saluti suae opus sit. alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus, aliena memoria salutamus, aliena et vivimus opera, perieruntque rerum naturae pretia et vitae argumenta. nihil

[a] This refers to the Roman custom of using slaves to carry them in litters, or to prompt them if they forgot faces or names.

and even these were at once deserters to the Greeks; nay, if medical treatises are written in a language other than Greek they have no prestige even among unlearned men ignorant of Greek, and if any should understand them they have less faith in what concerns their own health. Accordingly, heaven knows, the medical profession is the only one in which anybody professing to be a physician is at once trusted, although nowhere else is an untruth more dangerous. We pay however no attention to the danger, so great for each of us is the seductive sweetness of wishful thinking. Besides this, there is no law to punish criminal ignorance, no instance of retribution. Physicians acquire their knowledge from our dangers, making experiments at the cost of our lives. Only a physician can commit homicide with complete impunity. Nay, the victim, not the criminal, is abused; his is the blame for want of self-control, and it is actually the dead who are brought to account. Panels of judges are tested according to custom by the censorial powers of the Emperor; their examination invades the privacy of our homes; to give a verdict on a petty sum a man is summoned from Cadiz and the Pillars of Hercules; indeed, before the penalty of exile can be inflicted forty-five selected men are given power to vote on it; yet on the judge himself what manner of men sit in consultation to murder him out of hand! We deserve it all, so long as not one of us cares to know what is necessary for his own good health. We walk with the feet of others, we recognise our acquaintances with the eyes of others, rely on others' memory to make our salutations,[a] and put into the hands of others our very lives; the precious things of nature, which

20 aliud pro nostro habemus quam delicias. non
deseram Catonem tam ambitiosae artis invidiae a me
obiectum aut senatum illum qui ita censebat, idque
non criminibus artis arpeptis, ut aliquis exspectaverit.
quid enim venenorum fertilius aut unde plures testa-
mentorum insidiae? iam vero et adulteria etiam in
principum domibus, ut Eudemi in Livia Drusi
Caesaris, item Valentis in qua dictum est regina.
21 non sint artis ista sed hominum; non magis haec urbi
timuit Cato, ut equidem credo, quam reginas. ne
avaritiam quidem arguam rapacesque nundinas pen-
dentibus fatis et dolorum indicaturam ac mortis arram
aut arcana praecepta, squamam in oculis emovendam
potius quam extrahendam, per quae effectum est ut
nihil magis pro re videretur quam multitudo grassan-
tium; neque enim pudor sed aemuli pretia summit-
22 tunt. notum est ab eodem Charmide unum aegrum
ex provincialibus $\overline{\text{HS}}$ cc [1] reconductum Alconti vul-
nerum medico, $\overline{\text{HS}}$ $\overline{\text{x}}$ [2] damnato ademisse Claudium
principem, eidemque in Gallia exulanti et deinde
restituto adquisitum non minus intra paucos annos.
23 et haec personis inputentur. ne faecem quidem aut
inscitiam eius turbae [1] arguamus, ipsorum intem-

[1] cc *Warmington*: $\overline{\text{cc}}$ *codd.*
[2] $\overline{\text{x}}$ *Warmington*: $\overline{\text{c}}$ *codd.*
[3] turbae d *vulg.*: turpem *Mayhoff*: turbam *plerique codd.* *Post* ipsorum *add.* procerum *Mayhoff*.

[a] That a further operation may be necessary.
[b] With Mayhoff's readings: "or its disgraceful ignorance, the irresponsibility of the leading physicians themselves."

support life, we have quite lost. We have nothing else of our own save our luxuries. I will not abandon Cato exposed by me to the hatred of so vain-glorious a profession, or yet that Senate which shared his views, and that without seizing, as one might expect, any chances of accusation against the profession. For what has been a more fertile source of poisonings? Whence more conspiracies against wills? Yes, and through it too adulteries occur even in our imperial homes, that of Eudemus with Livia, wife of Drusus Caesar, and that of Valens with the royal lady with whom his name is linked. We may grant that the blame for such sins may lie with persons, not with the medical profession; Cato, I believe, had no more fears for Rome about these matters than he had about the presence in Rome of royal ladies. Let me not even bring charges against their avarice, their greedy bargains made with those whose fate lies in the balance, the prices charged for anodynes, the earnest-money paid for death, or their mysterious instructions, that a cataract should be moved away and not pulled off.[a] The result is that the brightest side of the picture is the vast number of marauders; for it is not shame but the competition of rivals that brings down fees. It is well known that the Charmis aforesaid exchanged one sick provincial for 200,000 sesterces by a bargain with Alcon the wound-surgeon; that Charmis was condemned and fined by the Emperor Claudius the sum of 1,000,000 sesterces, yet as an exile in Gaul and on his return from banishment he amassed a like sum within a few years. Let the blame for this sort of thing also be laid on persons. I must not accuse even the dregs of that mob[b] or its ignorance: the irresponsibility of

Attack on physicians.

perantiam, in morbis [1] aquarum calidarum deverticulis imperiosa inedia et ab isdem deficientibus cibo saepius die ingesto, mille praeterea paenitentiae modis, culinarum etiam praeceptis et unguentorum mixturis,
24 quando nullas omisere vitae inlecebras. invehi peregrinas merces conciliarique externa pretia displicuisse maioribus crediderim equidem, non tamen hoc Catonem providisse, cum damnaret artem. theriace vocatur excogitata compositio. fit ex rebus sexcentis,[2] cum tot remedia dederit natura quae singula sufficerent. Mithridatium antidotum ex rebus LIIII componitur, inter nullas [3] pondere aequali et quarundam rerum sexagesima denarii unius imperata, quo
25 deorum, per Fidem, ista monstrante! hominum enim subtilitas tanta esse non potuit, ostentatio artis et portentosa scientiae venditatio manifesta est. ac ne ipsi quidem illa novere, conperique volgo pro cinnabari Indica in medicamenta minium addi inscitia nominis, quod esse venenum docebimus inter pig-
26 menta. verum haec ad singulorum salutem pertinent, illa autem quae timuit Cato atque providit, innocentiora multo et parva opinatu quae proceres artis eius de semet ipsi fateantur, illa perdidere imperii mores, illa quae sani patimur, luctatus ceromata ceu valitudinis causa instituta, balineae ardentes quibus persuasere in corporibus cibos coqui ut nemo non

[1] in morbis *codd.*: immodicis *Mayhoff.*
[2] sexcentis *Sillig, Mayhoff*: externis *codd., Detlefsen.*
[3] nullas *Mayhoff*: nullius *Detlefsen*: nullos *plerique codd.*

---

[a] Celsus (V. 23, 3) gives the number of ingredients as thirty-six. The *antidota* were stimulant, aromatic substances which, with honey and wine, were given for falls, pains, and poisons.
[b] Also called *cinnabaris nativa*; hence the error.
[c] See XXXIII. § 124.

the physicians themselves, with their out-of-the-way use of hot water in sickness, their strict fasts for patients, who when in a fainting condition are stuffed with food several times a day, their thousand ways moreover of changing their minds, their orders to the kitchen, and their compound ointments; for none of life's seductive attractions have they refrained from touching. I am inclined to believe that our ancestors were displeased with imports from abroad and with the fixing of prices by foreigners, but not that Cato foresaw these things when he condemned the profession. There is an elaborate mixture called *theriace*, which is compounded of countless ingredients, although Nature has given as many remedies, anyone of which would be enough by itself. The Mithridatic antidote is composed of fifty-four [a] ingredients, no two of them having the same weight, while of some is prescribed one sixtieth part of one denarius. Which of the gods, in the name of Truth, fixed these absurd proportions? No human brain could have been sharp enough. It is plainly a showy parade of the art, and a colossal boast of science. And not even the physicians know their facts; I have discovered that instead of Indian cinnabar there is commonly added to medicines, through a confusion of names, red lead,[b] which, as I shall point out when I discuss pigments,[c] is a poison. These things however concern the health of individuals; but those other practices, which Cato feared and foresaw, much less harmful and less regarded, such as the heads of that profession themselves admit about themselves, those, I say, have ruined the morals of the Empire, I mean the practices to which we submit when in health—wrestlers' ointments, as though

minus validus exiret, oboedientissimi vero efferrentur, potus deinde ieiunorum ac vomitiones et rursus perpotationes ac pilorum eviratio instituta resinis eorum, itemque pectines in feminis quidem publicati.
27 ita est profecto, lues morum, nec aliunde maior quam e medicina, vatem prorsus cottidie facit Catonem et oraculum: satis esse ingenia Graecorum inspicere,
28 non perdiscere. haec fuerint dicenda pro senatu illo sescentisque p. R. annis adversus artem in qua condicione insidiosissima auctoritatem pessimis boni faciunt, simul contra attonitas quorundam persuasiones qui prodesse nisi pretiosa non putant. neque enim dubitaverim aliquis fastidio futura quae dicentur animalia, at non Virgilio fuit nominare formicas nulla necessitate et curculiones ac lucifugis congesta cubilia blattis, non Homero inter proelia deorum inprobitatem muscae describere, non naturae gignere ista, cum gignat hominem. proinde causas quisque et effectus, non res aestimet.

29 IX. Ordiemur autem a confessis, hoc est lanis ovisque, ut [1] rebus praecipuis honos in primis perhibeatur.

[1] ut *Urlichs, Detlefsen*: ob id ut *Mayhoff*: obiter (obitur) *aut* obiter ut *codd.*

---

[a] A pun on *concoquere* (and sometimes *coquere*) in the sense of "digest."

[b] Or, "innumerable."

[c] *Georgics* I. 186 and IV. 243.

they were intended to treat ill health, broiling baths, by which they have persuaded us that food is cooked [a] in our bodies, so that everybody leaves them the weaker for the treatment, and the most submissive are carried out to be buried, the draughts taken fasting, vomitings followed by further heavy potations, effeminate depilations produced by their resins, and even the pubes of women exposed to public view. It is certainly true that our degeneracy, due to medicine more than to anything else, proves daily that Cato was a genuine prophet and oracle when he stated that it is enough to dip into the works of Greek brains without making a close study of them. Thus much must be said in defence of that Senate and those 600 [b] years of the Roman State, against a profession where the treacherous conditions allow good men to give authority to the worst, and at the same time against the stupid convictions of certain people who consider nothing beneficial unless it is costly. For I feel sure that some will be disgusted at the animals I shall treat of, although Virgil [c] did not disdain to speak quite unnecessarily of ants and weevils, and of:—

> "sleeping places heaped up by cockroaches that avoid the light."

Nor did Homer [d] disdain amid the battles of the gods to tell of the greed of the fly, nor yet did Nature disdain to create them because she creates man. Therefore let each take into account, not things themselves, but causes and results.

IX. But I shall commence with admitted medical aids, that is, with wools and eggs, to give first *Wool and eggs.*

[d] *Iliad* XVII. 570.

quaedam etiam si[1] alienis locis, tamen obiter dici necesse erit. nec deerat materia pompae, si quicquam aliud intueri liberet quam fidem operis, quippe inter prima proditis etiam ex cinere phoenicis nidoque medicinis, ceu vero id certum esset atque non fabulosum. inridere est vitae remedia post millensimum
30 annum reditura monstrare. lanis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuere postes a nubentibus attingi iubentes. praeterque cultum et tutelam contra frigora sucidae plurima praestant remedia ex oleo vinoque aut aceto, prout quaeque mulceri morderive opus sit et adstringi laxarive, luxatis membris dolentibusque nervis inpositae et crebro suffusae. quidam et salem admiscent luxatis, alii cum lana rutam tritam adipemque inponunt,
31 item contusis tumentibusque. halitus quoque oris gratiores facere traditur confricatis dentibus atque gingivis admixto melle. prodest et phreneticis suffitu. sanguinem in naribus sistit cum oleo rosaceo, et alio modo indita auribus opturatis spissius. quin et ulceribus vetustis inponitur cum melle. vulnera ex vino vel aceto vel aqua frigida et oleo expressa
32 sanat. arietis vellera luta frigida ex oleo madefacta in muliebribus malis inflammationes vulvae sedant et, si procidant, suffitu reprimunt. sucida lana inposita subditaque mortuos partus evocat. sistit etiam pro-

[1] si E *vulg. Detlefsen* : sic *plerique codd., Mayhoff.*

---

[a] Or probably "chief," "best."
[b] For *phrenitis* see List of Diseases.

honours to things of the first importance. Certain matters even out of their proper place it will be necessary to discuss, at least as incidental asides. Nor would material be wanting for rhetoric if it pleased me to pay attention to anything else than to making my work trustworthy, seeing that fable even says that among the first [a] medicines was one from the ashes and nest of the phoenix, just as though the story were fact and not myth. It is to joke with mankind to point out remedies that return only after a thousand years. The old Romans assigned to wool even supernatural powers, for they bade brides touch with it the doorposts of their new homes; and besides dress and protection from cold, unwashed wool supplies very many remedies if dipped in oil and wine or vinegar, according as the particular need is for an emollient or a pungent remedy, for an astringent or a relaxing one, being applied, and frequently moistened, for dislocations and aching sinews. For dislocations some add salt also; others apply with wool pounded rue and fat, likewise for bruises and swellings. To rub too the teeth and gums with wool and honey is said to make the breath more pleasant, and to fumigate with wool benefits phrenitis.[b] Nose bleeding is checked by inserting wool and rose oil; another way is to put it into the ears and plug them rather firmly. It is applied moreover with honey to old sores. Wounds it heals if dipped in wine, or vinegar, or cold water and oil, and then squeezed out. A ram's fleece washed in cold water and soaked in oil, soothes inflammations of the uterus in women's complaints, and by fumigation reduces prolapsus. Unwashed wool applied or used as a pessary extracts a dead foetus; it also

fluvia earum, et canis rabiosi morsibus inculcata post diem septimum solvitur. reduvias sanat ex aqua frigida, eadem nitro, sulpure, oleo, aceto, pice liquida fervescentibus tincta quam calidissima inposita bis die lumborum dolores sedat. sistit et sanguinem ex ariete sucida articulos extremitatium praeligans.
33 laudatissima omnis e collo, natione vero Galatica, Tarentina, Attica, Milesia. sucidam inponunt et desquamatis, percussis, lividis, incussis, conlisis, contritis, deiectis, capitis et aliis doloribus, stomachi inflammationi ex aceto et rosaceo. cinis eius inlinitur adtritis, vulneratis, ambustis. et in oculorum medicamentis
34 additur, item in fistulas auresque suppuratas. ad hoc detonsam eam, alii evolsam, decisis summis partibus siccant carpuntque et in fictili crudo conponunt ac melle perfundunt uruntque. alii astulis taedae subiectis et subinde interstratis oleo adspersam accendunt, cineremque in labellis aqua addita confricant manu et considere patiuntur, idque saepius mutantes aquam, donec linguam adstringat leniter nec mordeat. tunc cinerem reponunt. vis eius septica est efficacissimeque genas purgat.

35 X. Quin ipsae sordes pecudum sudorque feminum et alarum adhaerentes lanis—oesypum vocant—innumeros prope usus habent. in Atticis ovibus genito palma. fit pluribus modis, sed probatissimum

stays uterine fluxes. Plugged into the bites of a mad dog it is taken away after the seventh day. With cold water it cures hangnails. Again, dipped into a hot mixture of soda, sulphur, oil, vinegar and liquid pitch, all as hot as possible, and applied twice a day, wool relieves lumbago. Unwashed ram's wool also stays bleeding if bound round the joints of the extremities. The most highly esteemed wool is: all from the neck, and that from the districts of Galatia, Tarentum, Attica, and Miletus. Unwashed wool is applied to excoriations, blows, bruises, contusions, crushed parts, galling, falls, pains in the head and elsewhere, and with vinegar and rose oil to inflammation of the stomach. The ash of wool is applied to chafings, wounds, and burns. It is added to medicaments for the eyes, and also used for fistulas and suppurating ears. For this purpose some take shorn wool, others wool plucked out, cut off the ends, dry, card, place in a vessel of unbaked clay, steep in honey, and burn. Others place under it a layer of pitch-pine chips, make several alternate layers, sprinkle with oil, and set on fire. The ash is rubbed by the hand into little pots, with water added, and then allowed to settle. The operation is repeated several times, with changes of water, until the ash becomes slightly astringent to the tongue without stinging it; then it is stored away. It has a caustic property that makes it an excellent detergent for the eyelids.

X. Moreover, even the greasy sweat of sheep that clings to the wool under the hollows of their flanks and forelegs—it is called *oesypum* (suint)—has uses almost innumerable. The most prized is that obtained from Attic sheep. There are several ways of preparing it, *Oesypum (suint).*

lana ab his partibus recenti concerpta aut quibuscumque sordibus sucidis primum collectis lento igni in aeneo subfervefactis et refrigeratis pinguique quod supernatet collecto in fictile vas iterumque decocta priore materia, quae pinguitudo utraque frigida aqua lavatur et in linteo saccatur ac sole torretur, donec candida fiat ac tralucida, tum in stagnea pyxide
36 conditur. probatio ut sordium virus oleat et manu fricante ex aqua non liquetur sed albescat ut cerussa. oculis utilissimum contra inflammationes genarumque callum. quidam in testa torrent donec pinguitudinem amittat, utilius tale existimantes erosis et duris genis,
37 angulis scabiosis et lacrimantibus. ulcera non oculorum modo sanat sed oris etiam et genitalium cum anserino adipe. medetur et vulvae inflammationibus et sedis rhagadiis et condylomatis cum meliloto ac butyro. reliquos usus eius digeremus. sordes quoque caudarum concretae in pilulas siccatae per se tusaeque in farinam et inlitae dentibus mire prosunt, etiam
38 labantibus,[1] gingivisque, si carcinoma serpat, iam vero pura vellera aut per se inposita caecis doloribus aut accepto sulpure, et cinis eorum genitalium vitiis, tantumque pollent ut medicamentis quoque superponantur. medentur ante omnia et pecori ipsi, si fastidio non pascatur. cauda enim quam artissime

[1] labantibus d, *vulg.*, *Mayhoff*: labantibusque VR: labantibus quae E: labantibus, uvae *coni. Detlefsen.*

---

[a] An alloy of silver and lead.

[b] Or, "sweaty grease too round the tail, if allowed to dry and congeal by itself into little balls and then etc."

[c] That is, of uncertain locality or origin. The word is used again with *dolores* in § 55.

but the most approved is to take fresh-plucked wool from the parts mentioned, or first to gather the greasy sweat from any part, then warm it in a bronze pot over a slow fire, cool it again, collect in an earthen vessel the fat that floats on the top, and boil again the stuff originally used. Both the fats obtained are washed in cold water, strained through linen, heated in the sun until they become white and transparent, and then stored away in a box of *stannum*.[a] The test of its purity is that it should retain the strong smell of the grease, and when rubbed with the hand in water, should not melt, but become white like white-lead. It is very useful for inflammations of the eyes and hard places on the eyelids. Some bake it in an earthen jar until it is no longer fatty, holding that in this condition it is a more useful remedy for sores that have eaten into the eyelids, for indurations there, and for watery itch at the corners. It heals, not only sores of the eyes, but also with goose grease those of the mouth and genitals. With melilot and butter it cures inflammations of the uterus, chaps in the anus, and condylomata. Its other uses I shall set out in order later on. The sweaty[b] grease too that gathers into pills about the tail, dried by itself and ground to powder, is wonderfully beneficial if rubbed on the teeth, even when these are loose, and on the gums when they suffer from malignant, running sores. Furthermore, clean pieces of fleece are applied to blind[c] pains, either by themselves or with sulphur added, and their ash to affections of the genitals, being so potent that they are even placed over medicinal applications. Wool is also the best of remedies for sheep themselves if they lose their appetite and will not pasture. For if

praeligata, evolsa inde lana, statim vescuntur, traduntque quod extra nodum sit e cauda praemori.

39 XI. Lanae habent et cum ovis societatem simul fronti inpositae contra epiphoras. non opus est eas in hoc usu radicula esse curatas neque aliud quam candidum ex ovo infundi ac pollinem turis. ova per se infuso candido oculis epiphoras cohibent urentesque refrigerant—quidam cum croco praeferunt—et pro aqua miscentur collyriis. infantibus vero contra lippitudines ut[1] vix aliud remedio sunt[2] butyro
40 admixto recenti. eadem cum oleo trita ignes sacros leniunt betae foliis superinligatis. candido ovorum in oculis et pili reclinantur Hammoniaco trito admixtoque et vari in facie cum pineis nucleis ac melle modico. ipsa facies inlita sole non uritur. ambusta aquis si statim ovo occupentur, pusulas non sentiunt—quidam admiscent farinam hordeaciam et salis parum—ulceribus vero ex ambusto cum candido ovorum tostum hordeum et suillo adipe mire prodest.
41 eadem curatione ad sedis vitia utuntur, infantibus quidem etiam si quid ibi procidat, ad pedum rimas ovorum candido decocto cum cerussae denariorum

ut vix *Mayhoff*: vix *codd., Detlefsen.*
[2] sunt *Mayhoff*: est *codd., Detlefsen.*

[a] The reading of the MSS. would mean: "scarcely anything else is a remedy except egg mixed with fresh butter," a startling statement even for Pliny. Mayhoff's conjectures give the required sense, although it is hard to see how and why corruption occurred.

their tails are tied as tightly as possible with wool plucked therefrom they at once begin to feed, and it is said that all the tail outside the knot dies off.

XI. Wool has also a close affinity with eggs, the two being laid together on the forehead for eye fluxes. There is no need for the wool, when so used, to have been treated with radicula, or for anything else except to spread on it white of egg and powdered frankincense. White of egg by itself, poured into the eyes, checks fluxes and cools inflammations, although some prefer to add saffron, and eggs can take the place of water in eye salves. But for infant ophthalmia scarcely anything else [a] is so remedial as egg mixed with fresh butter. Eggs beaten up with olive oil relieve erysipelas if beet leaves are tied on top. White of egg mixed with pounded gum ammoniac sets back eye-lashes, and removes spots on the face with pine nuts and a little honey. The face itself if smeared with egg is not burnt by the sun. If scalds are at once covered with egg they do not blister—some add barley flour and a pinch of salt—while sores from a burn are made wonderfully better by roasted barley with white of egg and pig's lard. The same treatment is used for affections of the anus, and even for procidence in the case of infants; for chaps on the feet the white of eggs is boiled down with two denarii by weight of white lead, an equal weight of litharge, a little myrrh, and then wine; for erysipelas is used the white of three eggs with starch. It is also said that white of egg closes wounds and expels stone from the bladder. The yolk of eggs, boiled hard, mixed with a little saffron and honey, and applied in woman's milk, relieves pains of the eyes; or it may be placed over

duum pondere, pari spumae argenti, murrae exiguo, dein vino; ad ignem sacrum candido ovorum trium cum amulo. aiunt et vulnera candido glutinari
42 calculosque pelli. lutea ovorum cocta ut indurescant, admixto croco modice, item melle, ex lacte mulieris inlita dolores oculorum mitigant, vel cum rosaceo et mulso lana oculis inposita, vel cum trito apii semine ac polenta in mulso inlita. prodest et tussientibus per se luteum devoratum liquidum ita ut dentibus non attingatur, thoracis destillationibus, faucium scabritiae. privatim contra haemorroidis morsum inlinitur
43 sorbeturque crudum. prodest et renibus, vesicae rosionibus exulcerationibusque.[1] cruenta excreantibus quinque ovorum lutea in vini hemina cruda sorbentur, dysintericis cum cinere putaminis sui et papaveris suco ac vino. dantur coeliacis cum uvae passae pinguis pari pondere et malicorii per triduum aequis portionibus, et alio modo lutea ovorum trium, lardi veteris et mellis quadrantibus, vini veteris cyathis tribus, trita ad crassitudinem mellis et, cum
44 opus sit, abellanae nucis magnitudine ex aqua pota, item ex oleo fricta terna, totis ovis pridie maceratis in aceto, sic et lientericis, sanguinem autem reicientibus cum tribus cyathis musti. utuntur isdem ad liventia, si vetustiora sint, cum bulbis ac melle. sistunt et menses mulierum cocta
45 et e vino pota, inflationes quoque vulvae cruda cum oleo ac vino inlita. utilia sunt et cervicis doloribus cum anserino adipe et rosaceo, sedis etiam vitiis indurata igni ut calore quoque prosint, et condylomatis cum rosaceo, item ambustis durata in

[1] *Sic dist. Mayhoff e Plinio iun.; ceteri edd. punctum post* excreantibus *ponunt.*

the eyes on wool with rose oil and honey wine, or applied in honey wine with ground celery-seed and pearl barley. Swallowed liquid, without letting it touch the teeth, the yolk by itself is good for cough, catarrh of the chest, and rough throats. Applied externally or taken internally the raw yolk is specific for the bite of the haemorrhois.[a] It is also good for the kidneys, and for irritation or ulceration of the bladder.[b] For spitting of blood five yolks of egg are swallowed raw in a hemina of wine, and for dysentery they are taken with the ash of their shells, poppy juice, and wine. With the same weight of plump raisins and pomegranate rind yolk of egg is given in equal doses for three days to sufferers from coeliac affections. Another way is to take the yolks of three eggs, three ounces of old bacon fat and of honey, and three cyathi of old wine, beat them up until they are of the consistency of honey, and take in water when required pieces of the size of a filbert. Yet another way is to fry three eggs after steeping them whole the day before in vinegar, and to use them so for spleen diseases, but to take them in three cyathi of must for the spitting of blood. Eggs are used with bulbs and honey for persistent bruises. Boiled and taken in wine they also check menstruation; inflation too of the uterus if applied raw with oil and wine. They are useful too, with goose grease and rose oil, for pains in the neck; for affections of the anus also, if hardened over fire and applied while the additional benefit of the heat is still retained; for condylomata with rose oil; for burns they are hardened in water,

[a] For this poisonous snake see Lucan IX. 709 foll.

[b] Mayhoff's punctuation avoids the awkward repetition of *in vini hemina* and *cum . . . vino* in the same prescription.

aqua, mox in pruna;[1] putaminibus exustis, tum lutea ex rosaceo inlinuntur. fiunt et tota lutea, quae vocant sitista; cum triduo incubita tolluntur. stomachum dissolutum confirmant pulli ovorum cum gallae dimidio, ita ne ante duas horas alius cibus sumatur. dant et dysintericis pullos in ipso ovo decoctos admixta vini austeri hemina et pari modo
46 olei polentaeque. membrana putamini detracta sive crudo sive cocto labiorum fissuris medetur, putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. comburi sine membrana oportet, sic fit et dentifricium. idem cinis et mulierum menses cum murra inlitus sistit. firmitas putaminum tanta est ut recta nec vi nec pondere ullo frangantur, nec nisi paulum inflexa
47 rotunditate. tota ova adiuvant partum cum ruta et aneto et cumino pota e vino. scabiem corporum ac pruritum oleo et cedria mixtis tollunt, ulcera quoque umida in capite cyclamino admixta. ad puris et sanguinis excreationes ovum crudum cum porri sectivi suco parique mensura mellis Graeci calefactum hauritur. dantur et tussientibus cocta et trita cum melle et cruda cum passo oleique pari modo. infunduntur et virilitatis vitiis singula cum ternis passi cyathis amulique semuncia a balneis, adversus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio inlinun-
48 tur. cibo quot modis iuvent notum est, cum trans-

[1] *Distinxi ego.*

then over hot coals; when the shells have been burned off, finally the yolks are applied in rose oil. Eggs become entirely yolk (they are then called *sitista*) when the hen has sat upon them for three days before they are taken up. The chicks found in eggs taken with half a gall nut settle a disordered stomach, but care must be taken to eat no other food for the next two hours. There are also given to dysentery patients chicks boiled in the egg itself and added to a hemina of dry wine and the same quantity of oil and pearl barley. The membrane peeled off the shell of a raw or boiled egg heals cracks in the lips. The shell reduced to ash and taken in wine cures discharges of blood. It must be burnt without the membrane. From this ash is also made a dentifrice. It also checks menstruation if applied with myrrh. The strength of the shells is so great that no force or weight will break them when the eggs are perpendicular, but only when the oval is slightly inclined. Childbirth is made easier by whole eggs, with rue, dill, and cummin, taken in wine. Itch and irritation of the skin are removed by a mixture of oil, cedar-resin, and eggs; running ulcers too on the head by eggs mixed with cyclamen. For spitting of pus or blood is swallowed a raw egg warmed with juice of cutleek and an equal amount of Greek honey. There are given to patients with a cough boiled eggs beaten up with honey, or raw eggs with raisin wine and an equal measure of oil. Eggs are also injected for complaints of the male organs, the dose being one egg with three cyathi of raisin wine and half an ounce of starch, given after the bath; for snake bite they are applied after boiling them and beating up with the addition of cress. How helpful in many

meent faucium tumorem calfactuque obiter foveant. nullus est alius cibus qui in aegritudine alat neque oneret simulque vim potus et cibi habeat. macera-
49 torum in aceto molliri diximus putamen. talibus cum farina in panem subactis coeliaci recreantur. quidam ita resoluta in patinis torrere utilius putant, quo genere non alvos tantum sed et menses feminarum sistunt, aut si maior sit impetus, cruda cum farina et aqua hauriuntur, et per se lutea ex his decocta in aceto donec indurescant, iterumque cum trito pipere torrentur[1] ad cohibendas alvos. fit et
50 dysintericis remedium singulare ovo effuso in fictile novum eiusdemque ovi mensura, ut paria sint omnia, melle, mox aceto, item oleo confusis crebroque permixtis. quo fuerint ea excellentiora hoc praesentius remedium erit. alii eadem mensura pro oleo et aceto resinam adiciunt rubentem vinumque; et alio modo temperant, olei tantum mensura pari pineique corticis duabus sexagensimis denarii ac una eius quod rhus diximus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut cibus alius post quattuor horas sumatur. torminibus quoque multi medentur ova bina cum alii spicis quattuor una terendo vinique hemina calefaciendo
51 atque ita potui dando. et, ne quid desit ovorum gratiae, candidum ex his admixtum calci vivae

[1] torrentur *vulg.*: *Mayhoff qui* tosta dantur *coni.*: torreantur *codd. Detlefsen.*

[a] Book X. § 167. [b] See XXIV. § 91.

ways eggs are as food is well known, for they pass a swollen throat and incidentally by their heat soothe it. There is no other food so nourishing in sickness without overloading the stomach, and it has the nature of both food and drink. I have said [a] that the shell is softened of eggs steeped in vinegar. Eggs so prepared and kneaded into bread with flour give refreshment to patients with coeliac affections. Some think it more useful, after softening them in this way, to bake them in shallow pans; when so prepared they check not only diarrhoea but also excessive menstruation; or if the attack is specially severe they are swallowed raw with flour and water, or the yolks from these eggs by themselves are boiled hard in vinegar, and then roasted with ground pepper to check diarrhoea. There is also made for dysentery an excellent remedy by pouring an egg into a new earthen vessel, and so that there may be equal quantities of all the ingredients, in the shell of this egg are measured honey, then vinegar, and oil, which are mixed, and stirred many times. The more excellent the quality of these ingredients the more sovereign will the remedy be. Others substitute for oil and vinegar the same amounts of red resin and wine. There is yet another method of compounding: only the quantity of oil remains the same, and with it are boiled down together two sixtieths of a denarius of pine bark, one of the shrub I have called rhus,[b] and five oboli of honey, but no other food must be taken until four hours have passed. Many also treat colic by beating up two eggs together with four heads of garlic, warming with a hemina of wine, and so giving the mixture as a draught. To omit no attractive feature of eggs, white of egg mixed with quicklime

glutinat vitri fragmenta. vis vero tanta est ut lignum perfusum ovo non ardeat ac ne vestis quidem contacta aduratur. de gallinarum autem ovis tantum locuti sumus, cum et reliquarum alitum restent, magnae utilitatis,[1] sicut suis locis dicemus.

52 XII. Praeterea est ovorum genus in magna fama Galliarum, omissum Graecis. angues ea numerose convoluti salivis faucium corporumque spumis artifici conplexu glomerant. urinum appellatur;[2] Druidae sibilis id dicunt in sublime iactari sagoque oportere intercipi ne tellurem attingat, profugere raptorem equo, serpentes enim insequi donec arceantur amnis alicuius interventu; experimentum eius esse, si
53 contra aquas fluitet vel auro vinctum. atque, ut est Magorum sollertia occultandis fraudibus sagax, certa luna capiendum censent, tamquam congruere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. vidi equidem id ovum mali orbiculati modici magnitudine, crusta cartilagineis velut acetabulis bracchiorum

[1] utilitatis V *Mayhoff*: utilitates *ceteri codd.*, *Detlefsen*.

[2] *Sic ego.* angues ea numero sex convoluti salivis faucium corporumque spumis artifici complexu glomerant. uranium appellatur *Detlefsen*: angues enim numerose convoluti salivis faucium corporumque spumis artifici complexu glomerant; urinum appellatur *Mayhoff*: ea VRE *vulg.*, *Detlefsen*: eo d; *del. Hermolaus Barbarus*: numero est VRd: numero est ovorum E *vulg.*: innumeri aestate *Caesarius et Hermolaus Barbarus*: inter sese *coni. Mayhoff*: glomerantur in unum d: glomerantur annum *multi codd.*: glomerantur. anguinum *vulg.*

[a] Or: "nor will cloth either etc."

[b] The numerous variants in the MSS. show that the scribes were as puzzled by this passage as are modern readers. It

fastens together broken glass. So great indeed is its power that wood dipped in egg will not take fire, and not even cloth [a] stained with it will burn. But I have been speaking only about farmyard hen's eggs; there remain also other birds, the eggs of which are of great utility; about them I shall speak on the proper occasions.

The snake's egg.

XII. There is, moreover, a kind of egg which is very famous in the Gauls, but not mentioned by the Greeks. Snakes intertwined in great numbers in a studied embrace make these round objects with the saliva from their jaws and the foam from their bodies. It is called a "wind egg." [b] The Druids say that it is tossed aloft by the snakes' hisses, and that it ought to be caught in a military cloak before it can touch the earth. The catcher, they say, must flee on horseback, for the serpents chase him until they are separated by some intervening river. A test of a genuine egg is that it floats against the current, even if it is set in gold. Such is the clever cunning of the Magi in wrapping up their frauds that they give out as their opinion that it must be caught at a fixed period of the moon, as if agreement between snakes and moon for this act depended upon the will of man. I indeed have seen this egg, which was like a round apple of medium size, and remarkable for its hard covering pitted with many gristly cup-hollows, as it

seems best to keep *ea*, accept Mayhoff's *numerose* (cf. XXV. § 167), and take his *urinum* (cf. X. §§ 158, 166) as the best stop-gap for the name of the egg; it is very near the reading of the MS. d. The vulgate *anguinum* (serpent's egg) is so obvious and easy that it is most unlikely to have been corrupted into the variants of our MSS. See A. Blanchet on *ovum anguinum* in *Bulletin Archéologique du Comité des Travaux Historiques*, 1953, pp. 555–559.

54 polypi crebris insigne.[1] Druidis ad victorias litium ac regum aditus mire laudatur, tantae vanitatis ut habentem id in lite in sinu equitem R. e Vocontiis a divo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. hic tamen conplexus anguium et frugifera eorum concordia in causa videtur esse quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint, neque enim cristatos esse in caduceo mos est.

55 XIII. De anserum ovis magnae utilitatis ipsoque ansere dicturi hoc in volumine debemus honorem et commageno, clarissimae rei. fit ex adipe anserum, alioqui celeberrimi usus, [est ad hoc in Commagene Syriae parte][2] cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quae commagene vocatur, obrutis nive vasis, odore iucundo, utilissimum ad perfrictiones, convulsiones, caecos aut subitos dolores omniaque quae acopis curantur, unguentumque pariter et medicamentum
56 est. fit et in Syria alio modo, avium adipe curato ut dicemus, additis erysisceptro, xylobalsamo, phoenice, item tuso[3] calamo, singulorum pondere quod sit adipis, vino bis aut ter subfervefactum. fit autem hieme, quoniam aestate non glaciat nisi accepta cera. multa praeterea remedia sunt ex ansere. quod miror

[1] insigne *codd., Mayhoff*: insigni *Detlefsen.*

[2] *Uncos add. Detlefsen. Pro* est *Mayhoff* set *scribit, et* alioqui . . . parte *in parenthesi.*

[3] item tuso *Mayhoff ex Dioscoride*: tuso item *codd.*

---

[a] The idea is that if they were crested they would be males, and so eggless.

[b] The part in brackets seems to be inconsistent with *fit et in Syria alio modo* (§ 56).

[c] Many *acopa* are to be found in Celsus, but they would not be very effective. For "blind" pains see § 38.

were, like those on the tentacles of an octopus. The Druids praise it highly as the giver of victory in the law-courts and of easy access to potentates. Herein they are guilty of such lying fraud that a Roman knight of the Vocontii, for keeping one in his bosom during a lawsuit, was executed by the late Emperor Claudius, and for no other reason. However, this embrace and fertile union of snakes seem to be the reason why foreign nations, when discussing peace terms, have made the herald's staff surrounded with figures of snakes; and it is not the custom for the snakes on a herald's staff to have a crest.[a]

XIII. As in this Book I am going to treat of the very useful goose egg, and of the goose itself, our respects are due to the famous preparation called commagenum. It is made from goose grease, a very popular medicament everywhere, [and for this purpose especially in Commagene, a district of Syria] [b] with cinnamon, cassia, white pepper, and the herb called commagene. The mixture is put into vessels and buried in snow; it has a pleasant smell, and is very useful for chills, sprains, blind or sudden pains, and for all the complaints treated by anodynes,[c] being equally good as an ointment and as a medicine. It is also prepared in Syria in another way. The grease of the birds is treated in the manner I shall describe,[d] and there are added to it erysisceptrum, balsam-wood, ground palm, and also crushed reed, the same quantity of each as of the grease, the whole being warmed two or three times in wine. But it must be prepared in winter, for it will not set in summer unless wax is added. There are many other remedies made from the goose, which surprise me as *The goose.*

[d] See § 134 of this book.

aeque quam in capris, namque anser corvusque ab aestate in autumnum morbo conflictari dicuntur.

57 XIV. De anserum honore quem meruere Gallorum in Capitolium ascensu deprehenso diximus. eadem de causa supplicia annua canes pendunt inter aedem Iuventatis et Summani vivi in furca sabucea armo fixi. sed plura de hoc animali dici cogunt priscorum
58 mores. catulos lactentes adeo puros existimabant ad cibum ut etiam placandis numinibus hostiarum vice uterentur iis. Genitae Manae catulo res divina fit et in cenis deum etiamnunc ponitur catulina. aditialibus quidem epulis celebrem [1] fuisse Plauti fabulae indicio sunt. sanguine canino contra toxica nihil praestantius putatur, vomitiones quoque hoc animal monstrasse homini videtur, et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis. nunc ad statutum ordinem pergemus.

59 XV. adversus serpentium ictus efficacia habentur fimum pecudis recens in vino decoctum inlitumque, mures dissecti inpositi. quorum natura non est spernenda, praecipue in adsensu siderum, ut diximus, cum lumine lunae fibrarum numero crescente atque decrescente. tradunt Magi iocinere muris dato

[1] celebrem *vulg.*, *Mayhoff*: celebres *codd.*, *Detlefsen.*

---

[a] See XXVIII. § 153.

[b] X. § 51.

[c] *I.e.*, because they had failed to give the alarm.

[d] An old divinity supposed to have presided over childbirth.

[e] Probably in the lost play *Saturio*, mentioned by Festus.

much as the many from the goat,[a] for the goose and the crow are said to be afflicted with disease from the beginning of summer well into the autumn.

XIV. I have spoken [b] of the fame won by the geese which detected the ascent of the Capitoline Hill by the Gauls. For the same reason [c] dogs are punished with death every year, being crucified alive on a cross of elder between the temple of Juventas and that of Summanus. But the customs of the ancients compel me to say several other things about the dog. Sucking puppies were thought to be such pure food that they even took the place of sacrificial victims to placate the divinities. Genita Mana [d] is worshipped with the sacrifice of a puppy, and at dinners in honour of the gods even now puppy flesh is put on the table. That it was commonly in fact a special dish at inaugural banquets there is evidence in the comedies of Plautus.[e] Dog's blood is supposed to be the best remedy for arrow poison, and this animal seems also to have shown mankind the use of emetics. Other highly praised remedies from the dog I shall speak of on the appropriate occasions. I will now go on with my proposed plan.[f] *The dog.*

XV. For snake bites efficacious remedies are considered to be fresh dung of sheep boiled down in wine and applied, and mice [g] cut in two and placed on the wound. The nature of mice is not to be despised, especially in their agreement, as I have said,[h] with the heavenly bodies, for the number of their liver filaments becomes greater or less with the light of the moon. The Magi declare that if a mouse's liver *Snake bites.*

[f] Of classifying remedies according to diseases.
[g] The Latin word will include rats.
[h] See II. § 109 and XI. § 196.

porcis in fico sequi dantem id animal, in homine quoque similiter valere, sed resolvi cyatho olei poto.

60 XVI. Mustelarum [1] duo genera, alterum silvestre; distant magnitudine, Graeci vocant ictidas. harum fel contra aspidas dicitur efficax, cetero venenum. haec autem quae in domibus nostris oberrat et catulos suos, ut auctor est Cicero, cottidie transfert mutatque sedem, serpentes persequitur. ex ea inveterata sale denarii pondus in cyathis tribus datur percussis aut ventriculus coriandro fartus inveteratusque et in vino potus, et catulus [2] mustelae etiam efficacius.

61 XVII. Quaedam pudenda dictu tanta auctorum adseveratione commendantur ut praeterire fas non sit, siquidem illa concordia rerum aut repugnantia medicinae gignuntur, veluti cimicum animalis foedissimi et dictu quoque fastidiendi natura contra serpentium morsus et praecipue aspidum valere dicitur, item contra venena omnia, argumento, quod dicant gallinas quo die ederint non interfici ab aspide carnes
62 quoque earum percussis plurimum prodesse. ex his quae tradunt humanissimum est inlinere morsibus cum sanguine testudinis, item suffitu eorum abigere sanguisugas adhaerentes haustasque ab animalibus restinguere in potu datis, quamquam et oculos quidam his inungunt tritis cum sale et lacte mulierum,

[1] *Warmington* genera; distant magnitudine, alterum silvestre, *coni.*

[2] et catulus E r *vulg.*, *Mayhoff*: et catulū *multi codd.*: ex catulis *coni. Detlefsen.*

[a] In a lost work.

in a fig is offered to pigs, that animal will follow the offerer, adding that it has a similar effect on a human being also, but that the spell is broken by drinking a cyathus of oil.

XVI. Of weasels there are two kinds, one wild and larger than the other, called by the Greeks *ictis*. The gall of both is said to be efficacious against asps, though otherwise poisonous. The other kind, however, which strays about our homes, and moves daily, as Cicero tells us,[a] its nest and kittens, chases away snakes. Its flesh, preserved in salt and given in doses of one denarius by weight, is given in three cyathi of drink to those who have been bitten, or its stomach stuffed with coriander seed is kept to dry and taken in wine. A kitten of the weasel is even better still for this purpose.

XVII. Certain things, revolting to speak of, are so strongly recommended by our authorities that it would not be right to pass them by, if it is indeed true that medicines are produced by that famous sympathy and antipathy between things. The nature for instance of bugs, a most foul creature and nauseating *Bugs.* even to speak of, is said to be effective against the bite of serpents, and especially of asps, as also against all poisons. As proof, they say that hens are not killed by an asp on the day they have eaten bugs, and that their flesh then is most beneficial to such as have been bitten. Of the accounts given the least disgusting is how they are applied to bites with the blood of a tortoise, how fumigation with them makes leeches loose their hold, and how they destroy leeches swallowed by animals if administered in drink. And yet some actually anoint the eyes with bugs pounded in salt and woman's milk, and the ears with

auresque cum melle et rosaceo admixtis. eos qui agrestes sint et in malva nascantur crematos cinere
63 permixto rosaceo infundunt auribus. cetera quae de his tradunt, vomitionum et quartanarum remedia aliorumque morborum, quamquam ovo aut cera aut faba inclusos censeant devorandos, falsa nec referenda arbitror. lethargi tantum medicinae cum argumento adhibent, quoniam vincatur aspidum somnifica vis, septenos in cyatho aquae dantes, puerilibus annis quaternos. et in stranguria fistulae inposuere.
64 adeo nihil parens illa rerum omnium sine ingentibus causis genuit. quin et adalligatos laevo bracchio binos lana subrepta pastoribus resistere nocturnis febribus prodiderunt, diurnis in russeo panno. rursus his adversatur scolopendra suffituque enecat.

65 XVIII. Aspides percussos torpore et somno necant omnium serpentium minime sanabiles. sed venenum earum si sanguinem attingit aut recens vulnus, statim interemit, si inveteratum ulcus, tardius. de cetero potum quantalibet copia non nocet, non enim est tabifica vis, itaque occisa morsu earum animalia cibis innoxia sunt. cunctarer in proferendo ex his remedio, ni M. Varro LXXIII vitae anno prodidisset aspidum ictus efficacissime sanari hausta a percussis ipsorum urina.

66 XIX. Basilisci, quem etiam serpentes ipsae fugiunt, alias olfactu necantem, qui hominem, vel si aspiciat

bugs in honey and rose oil. Those which are field bugs and found in mallows are burnt, and the ash mixed with rose oil is poured into the ears. The other virtues attributed to bugs, that they are cures for vomiting, quartans, and other diseases, although it is prescribed that they should be swallowed in egg, wax, or a bean, I hold to be imaginary and not worth repeating. Only as a remedy for lethargy are they employed with reason, for they overcome the narcotic poison of asps, and are given in doses of seven in a cyathus of water, and for children in doses of four. For strangury bugs have been inserted into the urethra. So true it is that the Universal Mother gave birth to nothing without very good reasons. Furthermore, a couple of bugs attached to the left arm in wool stolen from shepherds have been said to keep away night fevers, and day fevers when attached in a red cloth. On the other hand, the scolopendra is their enemy, and kills them by fumigation.

XVIII. Asps kill those they strike by torpor and coma, inflicting of all serpents the most incurable bites. But their venom, if it comes into contact with the blood or a fresh wound, is immediately fatal, if with an old sore, its action is delayed. Apart from this, however much is drunk, it is harmless, having no corrosive property. And so the flesh of animals killed by their bite may be eaten with safety. I should hesitate to put forward a remedy obtained from these creatures, had not Marcus Varro, in the seventy-third year of his life, recorded that a sovereign remedy for asp bites is for the victim to drink his own urine. *Asps.*

XIX. The basilisk, which puts to flight even the very serpents, killing them sometimes by its smell, *The basilisk.*

tantum, dicitur interimere, sanguinem Magi miris laudibus celebrant coeuntem picis modo et colore, dilutum cinnabari clariorem fieri. attribuunt ei successus petitionum a potestatibus et a diis etiam precum, morborum remedia, veneficiorum amuleta. quidam id Saturni sanguinem appellant.

67 XX. Draco non habet venena. caput eius limini ianuarum subditum propitiatis adoratione diis fortunatam domum facere promittitur, oculis eius inveteratis et cum melle tritis inunctos non expavescere ad nocturnas imagines etiam pavidos, cordis pingue in pelle dorcadum nervis cervinis adalligatum in lacerto conferre iudiciorum victoriae, primum[1] spondylum aditus potestatium mulcere, dentes eius inligatos pellibus caprearum cervinis nervis mites praestare dominos potestatesque exorabiles. sed
68 super omnia est compositio qua invictos faciunt Magorum mendacia: cauda draconis et capite, pilis leonis e fronte et medulla eiusdem, equi victoris spuma, canis ungue adalligatis cervino corio nervisque cervi alternatis et dorcadis. quae coarguisse non minus referet quam contra serpentes remedia demonstrasse, quoniam et haec Magorum[2] veneficia[3] sunt.

[1] victoriae, primum *codd.*, *Detlefsen*: victoriae plurimum, *Mayhoff*.
[2] Magorum *Detlefsen*: illorum *Mayhoff*: morum VR: morborum d E *vulg.*
[3] veneficia VRd, *Mayhoff*: beneficia E *vulg.*, *Detlefsen*.

[a] Or, "when diluted with cinnabar."
[b] Probably the python and similar snakes.

is said to be fatal to a man if it only looks at him. Its blood the Magi praise to the skies, telling how it thickens as does pitch, and resembles pitch in colour, but becomes a brighter red than cinnabar [a] when diluted. They claim that by it petitions to potentates, and even prayers to the gods, are made successful; that it provides cures for disease and amulets against sorcery. Some call it "Saturn's blood."

XX. The dragon [b] has no venom. Its head, buried under the threshold of doors after the gods have been propitiated by worship, brings, we are assured, good luck to a home; those rubbed with an ointment of his eyes, dried and beaten up with honey, are not panic-stricken, however nervous, by phantoms of the night; the fat of the heart, tied in the skin of a gazelle on the upper arm by deer sinew, makes for victory in law-suits; the first [c] vertebra smooths the approach to potentates; and its teeth, wrapped in the skin of a roe and tied on with deer sinew, make masters kind and potentates gracious. But all these are nothing compared with a mixture that the lying Magi assert makes men invincible, composed of: the tail and head of a dragon, hair from the forehead of a lion and lion's marrow, foam of a victorious racehorse, and the claw of a dog, all attached in deer hide with deer sinew and gazelle sinew plaited alternately. To expose these lies will be no less worth while than to describe their remedies for snake bite, for these too are some of the sorceries [d] of the Magi. Dragon's *Draco.*

[c] With Mayhoff's emendation: "great success in law-suits, a vertebra smooths etc."

[d] With Detlefsen's reading: "for these too are among the blessings bestowed by the Magi." This, if sarcastic, makes sense.

draconum adipem venenata fugiunt, item, si uratur, ichneumonum, fugiunt et urticis tritis in aceto perunctos.

69 XXI. Viperae caput inpositum, vel alterius quam quae percusserit, sine fine [1] prodest, item si quis ipsam eam in vapore baculo sustineat, aiunt enim re-[2] canere, item si quis exustae eiusdem cinere inlinat. reverti autem ad percussum serpentem necessitate naturae Nigidius auctor est. caput quidam [3] dissecant scite [4] inter aures ad eximendum lapillum quem aiunt ab ea devorari territa. alii ipso toto capite

70 utuntur. fiunt ex vipera pastilli qui theriaci vocantur a Graecis, ternis digitis mensura utrimque amputatis exemptisque interaneis et livore spinae adhaerente, reliquo corpore in patina ex aqua et aneto discocto spinisque exemptis et addita similagine atque ita in umbra siccatis pastillis quibus ad multa medicamenta utuntur. significandum videtur e vipera tantum hoc fieri. quidam purgatae ut supra dictum est adipem cum olei sextario decocunt ad dimidias. ex eo, cum opus sit, ternis stillis additis in oleum perunguntur ut omnes bestiae fugiant eos.

71 XXII. Praeterea constat contra omnium ictus quamvis insanabiles ipsarum serpentium exta inposita auxiliari, eosque qui aliquando viperae iecur coctum hauserint numquam postea feriri a serpente. neque anguis venenatus est nisi per mensem [5] luna instiga-

[1] *Warmington* percusserit, sane prodest *coni*

[2] recanere *Sillig* (cf. XXVIII. 19): praecanere *codd.*

[3] quidam VTE: quidem *aliquot codd.*

[4] scite VTE: Scythae *aliquot codd.*

[5] per mensem R *vulg. Mayhoff, qui* primo mense *coni.*

---

[a] Mayhoff's *primo mense* would mean: "in the early part of the month." A contraction of *primo* might easily be taken

fat is shunned by venomous creatures, and so too, when burnt, is that of the ichneumon; they shun too those rubbed with nettles pounded in vinegar.

XXI. The head of a viper, placed on the bite, even though the same viper did not inflict it, is infinitely beneficial, as is the snake itself, held up on a stick in steam—it is said to undo the harm done—or if the viper is burnt and the ash applied. But Nigidius asserts that a serpent instinctively comes back to the person it has bitten. Some split skilfully the head between the ears, in order to extract the pebble it is said to swallow when alarmed, but others use the entire head itself. From the viper are made the lozenges called by the Greeks *theriaci*. Lengths of three fingers are cut off from head and tail, the intestines drawn with the livid part that adheres to the spine, the rest of the body, with the vertebrae extracted and fine flour added, is thoroughly boiled in a pan of water with dill, and the mixture dried in the shade and made into lozenges, which are used in making many medicaments. We must note, it appears, that only from the viper can the preparation be made. Some take the fat from the body, cleaned as described above, boil down with a sectarius of oil to one-half, add three drops from it when necessary to oil, and use as ointment to keep off all harmful creatures. *The viper.*

XXII. Furthermore, it is well known that the application of the entrails of a serpent itself is a help for the bites however hard to cure of any of them, and that those who once have swallowed the boiled liver of a viper are never afterwards bitten by a serpent. A snake too is venomous only when during the month [a] *Snakes.*

for *per*, and the change of *mense* to *mensem* would naturally follow.

tus, et prodest vivus conprehensus et in aqua con-
72 tusus, si foveantur ita morsus. quin et inesse ei remedia multa creduntur, ut digeremus, et ideo Aesculapio dicatur. Democritus quidem monstra quaedam ex his[1] confingit ut possint avium sermones intellegi.[2] anguis Aesculapius Epidauro Romam advectus est vulgoque pascitur et in domibus, ac nisi incendiis semina exurerentur, non esset fecunditati eorum resistere.[3] in orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod et in aqua vivit, hydri vocantur, nullo serpentium inferiores veneno. horum iecur servatum adversus percussos ab his auxilium est. scorpio tritus stelionum veneno adversatur.
73 fit enim ex stelionibus malum medicamentum. nam cum inmortuus est vino, faciem eorum qui biberint lentigine obducit. ob hoc in unguento necant eum insidiantes pelicum formae. remedium est ovi luteum et mel ac nitrum. fel stelionum tritum in aqua mustelas congregare dicitur.

74 XXIII. Inter omnia venenata salamandrae scelus maximum est. cetera enim singulos feriunt, nec

[1] ex his *codd.*: et hic *coni. Mayhoff*: *an post* ut *ponendum?*

[2] *Post* intellegi *excidisse* angue devorato *putat Mayhoff. Fortasse* devorato angue.

[3] *Punctum non post* resistere *sed post* terrarum *ponit Mayhoff ex cod. Dal.*: in urbe. terrestrium *coni. Mayhoff.*

---

[a] The words *ex his* seem in the wrong place, and Mayhoff would change to *et hic*, "here too." A transposition to the *ut* clause would be simpler.

[b] If the words *in orbe terrarum* are placed here the meaning will be: "a plague all over the world," and *in domibus*: "in homes everywhere."

it is angered by the moon, and it is beneficial if a snake is caught alive, beaten up in water, and a bite fomented with the preparation. Moreover, many remedies are believed to be obtained from a snake, as I shall relate in their proper order, and this is why it is sacred to Aesculapius. Democritus indeed invents some weird stories about snakes, how for instance they make it[a] possible to understand the language of birds. The Aesculapian snake was brought to Rome from Epidaurus, and a snake is commonly kept as a pet even in our homes; so that were not their eggs destroyed in fires there would be an incurable plague of them.[b] The most beautiful snake in the world is the kind, called *hydri*, that is amphibious, no other snake being more venomous. Its liver when preserved does good to those who have been bitten.[c] The scorpion when pounded up counteracts the poison of the spotted lizard,[d] for there is made from these lizards an evil drug: if one has been drowned in wine it covers the face of those who drink it with an eruption of freckle-like spots. So women, plotting to spoil the beauty of rival courtezans, kill a spotted lizard in the ointment used by them. The remedy is yolk of egg, honey, and soda. The gall of this kind of lizard, beaten up in water, is said to attract weasels.

XXIII. Of all venomous creatures the salamander is the most wicked, for while the others strike

[c] In this chapter there is certainly a distinction between *serpens* and *anguis*. It is especially noticeable in § 71, where *neque anguis* follows immediately after *a serpente*. In this part of Pliny, at any rate, *anguis* includes the common or grass snake, but the proverb *latet anguis in herba* shows that it sometimes meant a poisonous serpent. Littré is not consistent; after using *couleuvre* in § 71, he later uses *serpent*.

[d] Often called gecko.

plures pariter interimunt, ut omittam quod perire conscientia dicuntur homine percusso neque amplius admitti a terra, salamandra populos pariter necare inprovidos potest. nam si arbori inrepsit, omnia poma inficit veneno, et eos qui ederint necat frigida
75 vi nihil aconito distans. quin immo si contacto ab ea ligno vel lapidi[1] crusta panis inponatur, idem veneficium est, vel si in puteum cadat, quippe cum saliva eius quacumque parte corporis vel in pede imo respersa omnis in toto corpore defluat pilus. tamen talis ac tanti veneni a quibusdam animalium, ut subus,
76 manditur. dominante, eadem illa rerum dissidentia venenum eius restingui primum omnium ab his quae vescantur illa verisimile est, ex his vero quae probantur cantharidum potu aut lacerta in cibo sumpta. cetera adversantia diximus dicemusque suis locis. ex ipsa quae Magi tradunt contra incendia, quoniam ignes sola animalium extinguat, si forent vera, iam esset experta Roma. Sextius venerem accendi cibo earum, si detractis interaneis et pedibus et capite in melle serventur, tradit negatque restingui ignem ab his.

77 XXIV. E volucribus in auxilium contra serpentes primum vultures. adnotatum quoque minus virium

[1] vel lapidi crusta panis inponatur *Mayhoff, sed sine* vel, *quod ego servo*: vel pedis crista panis incocatur *Detlefsen*: vel pidis V'd: vel pedis E: crista V'R: invocatur R'E: incocatur *multi codd.*: "*sed locus nondum sanatus,*" *Mayhoff.*

---

[a] See §§ 92–94, where applied externally cantharides are said to be useful, but taken in drink poisonous.

[b] The salamander of modern zoology is a timid creature, and not venomous to man.

individuals, and do not kill several together, to say nothing (according to report) of their dying of remorse when they have bitten a man, and of earth's refusal to grant them further admission, the salamander can kill whole tribes unawares. For if it has crawled into a tree, it infects with its venom all the fruit, killing like aconite by its freezing property those who have eaten of it. Nay, moreover, if a slice of bread is placed upon wood or stone that has been touched by a salamander, or if one falls into a well, the bread and the water, like the fruit, are poisoned, while all the hair on the whole body falls off if its saliva has sprinkled any part whatever of the body, even the sole of the foot. Nevertheless, although it is so venomous a creature, some animals, such as pigs, eat it. Under the sway of that same antipathy between things it is likely that his venom is neutralized best of all by those who eat the salamander; but among approved remedies are cantharides [a] taken in drink or a lizard taken in food. The other antidotes I have spoken of, and shall speak of, in the appropriate places. As to the power to protect against fires, which the Magi attribute to the animal, since according to them no other can put fire out, could the salamander really do so, Rome by trial would have already found out. Sextius tells us that as food the salamander, preserved in honey after entrails, feet, and head have been cut away, is aphrodisiac, but he denies its power to put fire out.[b]

XXIV. Of birds, the chief protection against serpents is the vulture, and it has been noticed that there is less power [c] in the black vulture.

[c] Pliny uses the plural (*virium*) because Latin has no genitive singular of *vis*. The phrase can hardly mean that a black vulture is a weaker bird than other vultures.

esse nigris. pinnarum ex his[1] nidore, si urantur, fugari eas dicunt, item cor eius alitis habentes tutos esse ab impetu non solum serpentium sed etiam ferarum latronumque et regum ira.

78 XXV. Carnibus gallinaceorum ita ut tepebunt avulsae adpositis venena serpentium domantur, item cerebro in vino poto. Parthi gallinae malunt cerebrum plagis inponere. ius quoque ex his potum praeclare medetur et in multis aliis usibus mirabile. Pantherae, leones non attingunt perunctos eo, prae-
79 cipue si et alium fuerit incoctum. alvum solvit validius e vetere gallinaceo, prodest et contra longinquas febres et torpentibus membris tremulisque et articulariis morbis et capitis doloribus, epiphoris, inflationibus, fastidiis, incipiente tenesmo, iocineri, renibus, vesicae, contra cruditates, suspiria. itaque etiam faciendi eius extant praecepta: efficacius coci cum olere marino aut cybio aut cappari aut apio aut herba Mercuriali, polypodio aut aneto, utilissime autem in congiis tribus aquae ad tres heminas cum supra dictis herbis et refrigeratum sub diu dari tempestivis antecedente vomitione. non praeteribo miraculum quamquam ad medicinam non pertinens: si auro liquescenti gallinarum membra misceantur, consumunt id in se. ita hoc venenum auri est. at gallinacei ipsi circulo e ramentis addito in collum non canunt.

[1] his *codd.*: alis *Mayhoff, e Sereno.*

---

[a] Mayhoff's correction, *alis* for *his*, would give "burning wing-feathers."

They say that the fumes of their[a] burning feathers chase serpents away, and that those who carry about them a vulture's heart are protected not only from the attacks of serpents, but also from those of wild beasts, bandits, and angry potentates.

XXV. The flesh of chickens, torn away and applied warm to the bite, overcomes the venom of serpents, as will also a chicken's brain taken in wine. The Parthians prefer to put on the wound the brain of a hen. Chicken broth also, taken by the mouth, is a splendid remedy, being wonderfully good for many other purposes. Panthers and lions do not touch those rubbed over with this broth, especially if garlic has been boiled in it. A rather powerful purge is the broth of an old cock, which is also good for prolonged fevers, paralysed and palsied limbs, diseases of the joints, headaches, eye-fluxes, flatulence, loss of appetite, incipient tenesmus, complaints of liver, kidneys, and bladder, indigestion and asthma. And so instructions even are current for making it: they tell us that it is more effective boiled with sea-cabbage, or tunny-fish, or caper, or celery, or the herb mercury, with polypodium or dill, but most beneficial when three congii of water are boiled down to three heminae, with the above-mentioned herbs, cooled in the open air and administered, the best time being when an emetic has preceded. I will not pass over a marvel, though it has nothing to do with medicine: if the limbs of hens are stirred up in melted gold they absorb it all into themselves, so violent a poison of gold is chicken. But cocks themselves do not crow if they have a collar of gold shavings round their necks. *Chickens.*

81 XXVI. Auxiliatur contra serpentes et columbarum caro recens concerpta et hirundinum, bubonis pedes usti cum plumbagine herba. nec omittam in hac quoque alite exemplum magicae vanitatis, quippe praeter reliqua portentosa mendacia cor eius inpositum mammae mulieris dormientis sinistrae tradunt efficere ut omnia secreta pronuntiet, prae-
82 terea in pugnam ferentes id fortiores fieri. eiusdem ovo ad capillum remedia demonstrant. quis enim, quaeso, ovum bubonis umquam visere potuit, cum ipsam avem vidisse prodigium sit? quis utique experiri et praecipue in capillo? sanguine quidem pulli bubonis etiam crispari capillum promittunt.
83 cuius generis prope videri possint quae tradunt et de vespertilione, si ter circumlatus domui vivus per [1] fenestram inverso capite infigatur, amuletum esse, privatimque ovilibus circumlatum totiens et pedibus suspensum susum super limine. sanguinem quoque eius cum carduo contra serpentium ictus inter praecipua laudant.

84 XXVII. Phalangium est Italiae ignotum et plurium generum: unum simile formicae, sed multo maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis guttis. acerbior huius quam vespae ictus. vivit maxime circa furnos et molas. in remedio est, si quis eiusdem generis alterum percusso ostendat, et ad hoc servantur mortui. inveniuntur et cortices eorum qui triti et poti medentur; mustelae catuli ut supra.[2]

[1] per *codd.*: super Mayhoff.
[2] mustelae catuli ut supra.] *Omittunt Urlichs et Detlefsen.*

[a] With Mayhoff's reading "over."
[b] Why *mortui* (masculine) when *phalangium* is neuter? Perhaps *aranei* was in Pliny's mind.
[c] See § 60 of this Book.

XXVI. A help against snake-bite is also flesh of doves or swallows freshly torn away. and the feet of a horned owl burnt with the herb plumbago. Speaking of this bird I will not omit a specimen of Magian fraud, for besides their other monstrous lies they declare that an horned owl's heart, placed on the left breast of a sleeping woman, makes her tell all her secrets, and that men carrying it into battle are made braver by it. From the horned owl's egg they prescribe recipes for the hair. Now who, I ask, could have ever looked at an horned owl's egg, when it is a portent to have seen the bird itself? Who in any case could have tried it, particularly on the hair? The blood, indeed, of a horned owl's chick is guaranteed even to curl the hair. Of much the same kind would seem to be also their stories about the bat: that if carried alive three times round the house and then fastened head downwards through [a] the window, it acts as a talisman, and is specifically such to sheepfolds if carried round them three times and hung up by the feet over the threshold. Its blood also with thistle the Magi praise as one of the sovereign remedies for snake-bite. *Remedies: from birds.*

XXVII. The phalangium is unknown to Italy and of several kinds. One is like the ant, but much larger, having a red head and the rest of the body black with white spots. Its wound is more painful than that of the wasp, and it lives especially near furnaces and mills. One remedy is to show to the bitten person another phalangium of the same kind; for this purpose are kept dead [b] specimens. Their dry bodies are also found, which are pounded and taken as a remedy, as are a weasel's young prepared as I have described.[c] Among classes of spiders the *The phalangium.*

85 aeque phalangion Graeci vocant inter genera ara-
neorum, sed distingunt lupi nomine. tertium genus
est eodem phalangi nomine araneus lanuginosus
grandissimo capite, quo dissecto inveniri intus
dicuntur vermiculi duo adalligatique mulieribus pelle
cervina ante solis ortum praestare ne concipiant, ut
Caecilius in commentariis reliquit. vis ea annua est,
quam solam ex omni atocio dixisse fas sit, quoniam
aliquarum fecunditas plena liberis tali venia indiget.
86 vocatur et rhox acino nigro similis, ore minimo sub
alvo, pedibus brevissimis tamquam inperfectis.
dolor a morsu eius qualis a scorpione, urina similis
araneis textis. idem erat asterion, nisi distingueretur
virgulis albis. huius morsus genua labefactat. peior
utroque est caeruleus, lanugine nigra, caliginem
concitans et vomitus araneosos. etiamnum deterior
a crabrone pinna tantum differens. hic et ad
87 maciem perducit. myrmecion formicae similis capite,
alvo nigra, guttis albis distinguentibus, vesparum
dolore torquet. tetragnathii duo genera habent:
peior medium caput distinguente linea alba et trans-
versum altera; hic oris tumorem facit. at cinereus
posteriore parte candicans lentior, minime autem
noxius eodem colore qui telas muscis in parietibus
88 latissime pandit. contra omnium morsus remedio est
gallinaceorum cerebrum cum piperis exiguo potum in

[a] Or: "and then the urine looks like spider's web."
[b] *I.e.*, "four-jawed."

Greeks also include a phalangion which they distinguish by the name of "wolf." There is also a third kind of phalangium, a hairy spider with an enormous head. When this is cut open, there are said to be found inside two little worms, which, tied in deer skin as an amulet on women before sunrise, act as a contraceptive, as Caecilius has told us in his *Commentarii.* They retain this property for a year. Of all such preventives this only would it be right for me to mention, to help those women who are so prolific that they stand in need of such a respite. There is another phalangium called *rhox*, like a black grape, with a very small mouth under the abdomen, and very short legs as though not fully grown. Its bite is as painful as a scorpion's sting, forming in the urine as it were spider's web.[a] The asterion is exactly like it, except that it is marked with white streaks. Its bite makes the knees weak. Worse than either is the blue spider; it is covered with black hair, and causes dimness of vision and vomit like spider's web. There is an even worse phalangium, which differs from the hornet only in having no wings. The bite from one of this kind also makes the body thin. The myrmecion in its head resembles the ant, with a black body marked by white spots, and a bite as painful as a wasp. There are two kinds of the phalangium called tetragnathius,[b] the worse of which has two white lines crossed on the middle of its head, and its bite makes the mouth swell; but the ash-coloured kind, which is whitish in its hind part, is less vicious. Least dangerous of all is the ash-coloured spider which spins its web all over our walls to catch flies. For the bites of all spiders remedial is a cock's brain with a little pepper taken in vinegar and water,

posca, item formicae quinque potae, pecudum fimi cinis inlitus ex aceto et ipsi aranei quicumque in oleo putrefacti. muris aranei morsus sanatur coagulo agni e vino[1] poto, ungulae arietinae cinere cum melle, mustelae catulo ut in serpentibus dictum est. si iumenta momorderit, mus recens cum sale inponitur
89 aut fel vespertilionis ex aceto. et ipse mus araneus contra se remedio est divulsus inpositus. nam si praegnas momordit, protinus dissilit. optimum, si is inponatur qui momorderit, sed et alios ad hunc usum servant in oleo aut luto circumlitos. est et contra morsum eius remedio terra ex orbita, ferunt enim non transiri ab eo orbitam torpore quodam naturae.

90 XXVIII. Scorpionibus contrarius maxime invicem stelio traditur, ut visu quoque pavorem his adferat et torporem frigidi sudoris. itaque in oleo putrefaciunt eum et ita ea vulnera perungunt. quidam oleo illo spumam argenteam decocunt ad emplastri genus atque ita inlinunt. hunc Graeci coloten vocant et ascalaboten et galeoten. in Italia non nascitur. est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, et vescitur araneis,[2] quae omnia a nostris stelionibus aliena sunt.

91 XXIX. Prodest et gallinarum fimi cinis inlitus, draconis iocur, lacerta divulsa, mus divulsus, scorpio

[1] agni e vino *ex Plinio Iuniore Mayhoff*: agnino *Detlefsen*: agne vino r: anguino Vd.

[2] araneis *add. Urlichs ex Arist. Hist. Anim. IX.* 1: herba *vet. Dal.*: vermibus *coni. Ianus*: illis (*sc.* scorpionibus) *coni. Mayhoff.*

[a] See § 60 of this Book.

[b] Possibly *invicem* here means "mutually."

five ants also taken in drink, the ash of sheep's dung applied in vinegar, or spiders themselves of any sort that have rotted in oil.

The shrew-mouse. The bite of the shrew-mouse is healed by lamb's rennet taken in wine, by the ash of a ram's hoof with honey, and by a young weasel, as I have prescribed for snake-bite.[a] If it has bitten draught-animals, a freshly killed mouse is applied with salt, or a bat's gall in vinegar. The shrew-mouse itself, torn asunder and applied, is a remedy for its own bite; but if a pregnant shrew-mouse has bitten, it bursts open at once. It is best if the mouse applied is the one which gave the bite, but they preserve them for this purpose in oil, or enclosed in clay. Another remedy for its bite is earth from a wheel rut. For they say that it will not cross a wheel rut owing to a sort of natural torpor.

Lizards. XXVIII. The stelio is said in its turn[b] to be such a great enemy to scorpions that the mere sight of one strikes them with panic, and torpor with cold sweat. Accordingly they let it rot in oil and so smear on scorpion wounds. Some boil down that oil with litharge to make a sort of ointment which they thus apply. This lizard the Greeks call colotes, ascalabotes, or, galeotes. This kind is not found in Italy, for it is covered with spots, has a shrill cry, and feeds on spiders, all which characteristics are lacking in our stelios.[c]

XXIX. Beneficial too is ash of hen's dung applied, the liver of a python,[d] a lizard or a mouse torn open,

[c] Pliny has just said that the stelio is not native to Italy, but now speaks of "our stelios." Littré translates "nos lézards," taking *nostris stelionibus* to be used loosely.

[d] See XXIX. § 67, 68.

ipse suae plagae inpositus aut assus in cibo sumptus aut potus in meri cyathis duobus. proprium est scorpionum quod manus palmam non feriunt nec nisi [1] pilosa [2] attingere. lapillus qualiscumque ab ea parte quae in terra erat adpositus plagae levat dolorem, item testa terra operta ex aliqua parte sicut erat inposita liberare dicitur—non debent respicere qui inponunt et cavere ne sol aspiciat—vermes terreni

92 triti inpositi. multa et alia ex his remedia sunt propter quae in melle servantur. noctua apibus contraria et vespis crabronibusque et sanguisugis, pici quoque Martii rostrum secum habentes non feriuntur ab his. adversantur et locustarum minimae sine pinnis, quas attelebos vocant. est et formicarum genus venenatum, non fere in Italia. solipugas Cicero appellat, salpugas Baetica, his cor vespertilionis contrarium omnibusque formicis. salamandris cantharidas diximus resistere.

93 XXX. Sed in his magna quaestio, quoniam ipsae venena sunt potae vesicae cum cruciatu praecipuo. Cossinum equitem Romanum amicitia Neronis principis notum, cum is lichene correptus esset, vocatus Aegypto medicus ob hanc valetudinem eius a Caesare, cum cantharidum potum praeparare voluisset, interemit. verum inlitas prodesse non dubium est cum suco taminiae uvae et sebo ovis vel

[1] nisi *codd.*: visi *Io. Müller, Mayhoff.*
[2] pilosa *Ianus, Detlefsen*: pilos *Mayhoff, codd.*

---

[a] With Mayhoff's reading: "nor have they been seen to touch hairs." The change from *quod* with the indicative to the infinitive *attingere* is strange, and the emendation *visi* may be right.

[b] See § 76 of this Book.

the scorpion laid on the wound it has itself inflicted, or roasted and taken in food or in two cyathi of neat wine. Scorpions are peculiar in that they do not sting the palm of the hand or touch any but hairy parts.[a] A pebble of any kind, if the part next the ground is laid on the wound, relieves the pain, and a potsherd too is said to be a cure if a part covered with earth is applied just as it was taken up—those making the application must not look back, and must take care that the sun does not behold them—and another cure is an application of pounded earth-worms. Many other remedies are obtained from earth-worms, so they are kept in honey for this purpose. The night owl is an enemy of bees, wasps, hornets, and leeches, and those are not stung by them who carry about their person a beak of the woodpecker of Mars. Hostile to them are also the smallest of the locusts, which are wingless and called *attelebi*. There is also a venomous kind of ant, not generally found in Italy. Cicero calls it *solipuga* and in Baetica it is called *salpuga*. A bat's heart is hostile to these, as it is to all ants. I have said [b] that cantharides are hostile to salamanders.

XXX. But herein arises a much-disputed question, for the fly taken in drink is a poison, causing excruciating pain in the bladder. Cossinus, a Roman knight, well known for his friendship with the Emperor Nero, fell a victim to lichen.[c] Caesar called in a specialist physician from Egypt, who decided on preliminary treatment with Spanish fly taken in drink, and the patient died. But there is no doubt that, with juice of taminian grapes, sheep suet, or that of a she-goat, an external application is beneficial. *Spanish fly.*

[c] See List of Diseases.

94 caprae. ipsarum cantharidum venenum in qua parte sit non constat inter auctores. alii in pedibus et in capite existimant esse, alii negant. convenit tantum pinnas earum auxiliari, in quacumque parte sit venenum. ipsae nascuntur ex vermiculo, in spongea maxime cynorrhodi quae fit in caule, sed fecundissime in fraxino; ceterae in alba rosa, minus efficaces. potentissimae inter omnes variae, luteis lineis quas in pinnis transversas habent, pingues; multum[1] inertiores minutae, latae, pilosae, inutilissimae vero
95 unius coloris macrae. conduntur in calice fictili non picato et linteo conligato, contectae[2] rosa matura, et suspenduntur super acetum cum sale fervens donec per linteolum vaporentur, postea reponuntur. vis earum adurere corpus, crustas obducere. eadem pityocampis in picea nascentibus, eadem bupresti, similiterque praeparantur. efficacissimae omnes ad lepras, lichenas, dicuntur et menses ciere et urinam, ideo
96 Hippocrates et hydropicis dabat. cantharides obiectae sunt Catoni Uticensi, ceu venenum vendidisset in auctione regia, quoniam eas HS $\overline{\text{LX}}$ addixerat. et sebum autem struthocamelinum tunc venisse HS $\overline{\text{XXX}}$ obiter dictum sit, efficacioris ad omnia usus quam est anserinus adips.

[1] pingues; multum *Urlichs*: multum pingues *codd.*
[2] contectae *Ianus*: coniecta et *Mayhoff*: coniectae *codd.*

---

[a] This description suggests "Robin's pin-cushions," caused by the gall-wasp, and not a beetle. There were probably several kinds of cantharides.

In what part of the Spanish fly [a] itself the poison lies authorities disagree; some think in the feet and in the head, but others say not. The only point agreed upon is that, wherever the poison lies, their wings help.[b] The fly itself is bred from a grub found in the sponge-like substance on the stalk of the wild rose especially, but also very plentifully on the ash. The third kind breeds on the white rose, but is less efficacious. The most potent flies of all are marked with yellow lines across their wings and are plump; much less potent are those that are small, broad and hairy; the least useful however are of one colour, and thin. They are stored away in an earthen pot, not lined with pitch, but the mouth closed with a cloth. They are covered with full-blown roses and hung over boiling vinegar and salt until the steam, passing through the cloth, suffocates them. Then they are stored away. Their property is to cauterise the flesh and to form scabs. Of the same character is the pine-caterpillar, which is found on the pitch-pine, and the buprestis, and they are prepared in a similar way. All these are very efficacious for leprous sores and lichen. They are also said to be emmenagogue and diuretic, and so Hippocrates [c] used them also for dropsy. Spanish fly was the subject of a charge against Cato Uticensis that he had sold poison at an auction of royal property, for he had knocked some down for 60,000 sesterces. And I may remark in passing that at this sale there was sold for 30,000 sesterces ostrich suet, a far more useful fat for all purposes than goose-grease.

[b] A mysterious sentence, that might mean either that the wings increase the poison, or that they are remedial.

[c] *Regimen in Acute Diseases*, 104.

97 XXXI. Diximus et mellis venenati genera; contra utuntur melle in quo apes sint mortuae. idem potum in vino remedium est vitiorum quae e cibo piscium gignuntur.

98 XXXII. In canis rabidi morsu tuetur a pavore
aquae canini capitis cinis inlitus vulneri, oportet
autem comburi omnia eodem modo, ut semel dica-
mus, in vase fictili novo argilla circumlito atque ita in
furnum indito. idem et in potione proficit. quidam
ob id edendum dederunt. aliqui et vermem e cada-
vere canino adalligavere menstruave canis in panno
subdidere calici aut intus [1] ipsius caudae pilos com-
99 bustos inseruere vulneri. cor caninum habentem
fugiunt canes, non latrant vero lingua canina in cal-
ciamento subdita pollici aut caudam mustelae quae
abscissa ea dimissa sit habentes. est limus salivae
sub lingua rabiosi canis qui datus in potu hydrophobos
fieri non patitur, multo tamen utilissime iocur eius
qui in rabie momorderit datur, si fieri possit, crudum
mandendum, sin minus, quoquo modo coctum, aut
100 ius coctis carnibus. est vermiculus in lingua canum
qui vocatur a Graecis lytta, quo exempto infantibus
catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt. idem
ter igni circumlatus datur morsis a rabioso ne rabidi

[1] intus] "*an* imos (*vel potius* calciamentis *pro* caliciautintus)?" *Mayhoff.*

---

[a] Book XXI, § 74.

[b] Mayhoff's clever emendation of *calciamentis* for *caliciaut intus* would give: "placed the fluid in a cloth at the bottom (*sub-*) of the shoes." But it gives rather a strange meaning to *subdidere*, and *intus* is just possible as indicating the under part between the tail and the body.

XXXI. I have also mentioned [a] kinds of poisonous honey. To counteract it honey is used in which bees have died. The same honey is also a remedy for illness caused by eating fish.

Mad dogs and hydrophobia.

XXXII. If a person has been bitten by a mad dog, protection from hydrophobia is given by an application to the wound of ash from the burnt head of a dog. Now all reduction to ash (that I may describe it once for all) should be carried out in the following way: a new earthen vessel is covered all over with clay and so put into a furnace. The same method is also good when the ash is to be taken in drink. Some have prescribed as a cure eating a dog's head. Others too have used as an amulet a worm from a dead dog, or placed in a cloth under the cup the sexual fluid of a bitch, or have rubbed into the wound the ash from the hair under [b] the tail of the mad dog itself. Dogs run away from one who carries a dog's heart, and indeed do not bark if a dog's tongue is placed in the shoe under the big toe, or at those who carry the severed tail of a weasel which has afterwards been set free. Under the tongue of a mad dog is a slimy saliva, which given in drink prevents hydrophobia, but much the most useful remedy is the liver of the dog that bit in his madness to be eaten raw, if that can be done, if it cannot, cooked in any way, or a broth must be made from the boiled flesh. There is a little worm [c] on the tongue of dogs which the Greeks call *lytta* (madness), and if this is taken away when they are baby puppies they neither go mad nor lose their appetite. It is also carried three times round fire and given to those bitten by a mad dog to

[c] Really white pustules under the tongue, which break of their own accord when the puppies are twelve days old.

fiant. et cerebello gallinaceo occurritur, sed id devoratum anno tantum eo prodest. aiunt et cristam galli contritam efficaciter inponi et anseris adipem cum melle. saliuntur et carnes eorum qui rabidi
101 fuerunt ad eadem remedia in cibo dandae. quin et necantur catuli statim in aqua ad sexum eius qui momorderit, ut iocur crudum devoretur ex iis. prodest et fimum gallinaceum, dumtaxat rufum, ex aceto inpositum et muris aranei caudae cinis, ita ut ipse cui abscissa sit vivus dimittatur, glaebula ex hirundinum nido inlita ex aceto, vel pulli hirundinis combusti, membrana sive senectus anguium vernatione exuta cum cancro masculo ex vino trita, (nam hac [1] etiam per se reposita in arcis armariisque tineas necant)
102 mali tanta vis est ut urina quoque calcata rabiosi canis noceat, maxime ulcus habentibus. remedio est fimum caballinum adspersum aceto et calefactum in fico inpositum. minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morsum usque in proverbium discordiae venisse. qui in urinam canis suam egesserit torporem lumborum sentire dicunt. lacerta, quam sepa, alii chalcidem vocant, in vino pota morsus suos sanat.
103 XXXIII. Veneficiis ex mustela silvestri factis contrarium est ius gallinacei veteris large haustum, peculiariter contra aconita, addi parum salis oporteat; gallinarum fimum, dumtaxat candidum, in hysopo decoctum aut mulso, contra venena fungorum boletor-

[1] nam hac *ego*: nam *codd.*: hac *Mayhoff.*

---

[a] A Plinian parenthesis.

[b] The last sentence, bracketed by Mayhoff, has obviously been misplaced, but its proper place is not clear. Some other sentences seem to be careless.

prevent their going mad. The brains of poultry are an antidote, but to swallow them gives protection for that year only. They say that it is also efficacious to apply to the wound a cock's comb pounded up, or goose grease with honey. The flesh of dogs that have gone mad is also preserved in salt to be used for the same purposes given in food. Puppies too of the same sex as the bitten patient are immediately drowned and their livers swallowed raw. An application in vinegar of poultry dung, if it is red, is also of advantage, or the ash of a shrew-mouse's tail (but the mutilated animal must be set free alive), an application in vinegar of a bit of earth from a swallow's nest, of the chicks of a swallow reduced to ash, or the skin or cast slough of snakes, pounded in wine with a male crab; for by it even when put away by itself in chests and cupboards they kill moths.[a] So great is the virulence of this plague that even the urine of a mad dog does harm if trodden on, especially to those who are suffering from sores. A remedy is an application of horse dung sprinkled with vinegar and warmed in a fig. Less surprised at all this will be one who remembers that "a dog will bite a stone thrown at him" has become a proverb to describe quarrelsomeness. It is said that he who voids his own urine on that of a dog will suffer numbness in his loins. The lizard called *seps* by some and *chalcis* by others, if taken in wine is a cure for its own bites.[b]

XXXIII. For sorcerers' poisons obtained from the wild weasel a remedy is a copious draught of chicken broth made from an old bird; it is specific for aconite poisoning, and there should be added a dash of salt. Hens' dung, provided it is white, boiled down in hyssop or honey wine, is used for poisonous fungi and *Antidotes for various poisons.*

umque, item inflationes ac strangulationes, quod miremur, cum, si aliud animal gustaverit id fimum,
104 torminibus et inflationibus adficiatur. sanguis anserinus contra lepores marinos valet cum olei aequa portione, item [1] contra mala medicamenta omnia—adservatur cum Lemnia rubrica et spinae albae suco, ut[2] pastillorum drachmis quinque in cyathis ternis aquae bibatur—item mustelae catulus ut supra diximus praeparatus. coagulum quoque agninum adversus omnia mala medicamenta pollet, item sanguis anatum Ponticarum. itaque et spissatus servatur vinoque diluitur. quidam feminae anatis efficaciorem putant.
105 simili modo contra venena omnia ciconiarum ventriculus valet, coagulum pecoris, ius ex carne arietum, privatim adversus cantharidas, item lac ovium calidum praeterque iis qui buprestim aut aconitum biberint, columbarum silvestrium fimum privatim contra argenti vivi potum, contra toxica mustela vulgaris inveterata drachmis binis pota.

106 XXXIV. Alopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprio et melle, item ungularum muli vel mulae ex oleo myrteo, praeterea, ut Varro noster tradit, murinum fimum, quod item [3] muscerdas appellat, aut muscarum capita recentia prius folio ficulneo asperatas. alii sanguine muscarum utuntur, alii decem diebus cinerem earum inlinunt cum cinere chartae vel nucum ita ut sit tertia pars e muscis, alii lacte mulierum cum brassica cinerem muscarum subigunt,

[1] item *codd.*: idem *Mayhoff.*
[2] *Post* suco *add.* ut *Mayhoff.*
[3] item R *vulg.*: rite *Detlefsen*: ille *Mayhoff*: lite VE: linthe d.

[a] See § 60.

mushrooms, as well as for flatulence and suffocations—a matter for wonder, because if any animal save man should taste this dung, it will suffer from colic and flatulence. Goose blood, with the same quantity of oil, is good for the poison of sea hares, also for all sorcerers' poisons—it is kept with red Lemnian earth and the sap of white thorn, and five drachmae of the lozenges should be taken as a dose in three cyathi of water—also a baby weasel prepared as I have described.[a] Lamb's rennet too is a powerful antidote to all sorcerers' poisons, as is the blood of Pontic ducks; and so when thickened it is also stored away and dissolved in wine. Some are of opinion that the blood of a female duck is more efficacious. In like manner general remedies for all poisons are the crop of storks, sheep's rennet, the broth of ram's flesh (which is specific for cantharides), likewise warmed sheeps' milk, which is also good for those who have swallowed buprestis or aconite, the dung of wild doves (specific if quicksilver has been swallowed), and for arrow poisons the common weasel, preserved and taken in drink, two drachmae at a time.

XXXIV. Bald patches through mange are covered *Mange.* again with hair by an application of ash of sheeps' dung with cyprus oil and honey, by the hooves, reduced to ash, of a mule of either sex, applied in myrtle oil; moreover, as our countryman Varro relates, by mouse dung, which he calls also *muscerdae*, or by the fresh heads of flies, but the patches must first be roughened with a fig leaf. Some use the blood of flies, others for ten days apply their ash with that of paper or nuts, but a third of the whole must be that of flies; others make a paste of fly ash, woman's milk, and cabbage, while some add honey only. No

quidam melle tantum. nullum animal minus docile existimatur minorisve intellectus; eo mirabilius est Olympiae sacro certamine nubes earum immolato tauro deo quem Myioden vocant extra territorium id
107 abire. alopecias cinis ex murium capitibus caudisque et totius muris emendat, praecipue si veneficio acciderit haec iniuria, item irenacei cinis cum melle aut corium combustum cum pice liquida. caput quidem eius ustum per se etiam cicatricibus pilos reddit. alopecias autem in ea curatione praeparari oportet novacula. et sinapi quidam ex aceto uti maluerunt. quae de irenaceo dicentur omnia tanto magis vale-
108 bunt in hystrice. lacertae quoque ut docuimus combustae cum radice recentis harundinis, quae ut una cremari possit, minutim findenda est, ita myrteo oleo permixto cineres[1] capillorum defluvia continent. efficacius virides lacertae omnia eadem praestant, etiamnum utilius admixto sale et adipe ursino et cepa tusa. quidam denas virides in decem sextariis olei veteris discocunt, contenti semel in mense unguere.
109 pellium viperinarum cinis alopecias celerrime explet, item gallinarum fimum recens inlitum. corvi ovum in aereo vase permixtum inlitumque deraso capite migritiam capilli adfert, sed donec inarescat oleum in ore habendum est ne et dentes simul nigrescant, idque in umbra faciendum neque ante quadriduum

[1] cineres *codd.*: cinere *Mayhoff*.

---

[a] The Fly-catcher, who protected his worshippers from flies.
[b] See § 98.

creature is thought to be less teachable or less intelligent than the fly; it is all the more wonderful that at the Olympic sacred games, after the bull has been sacrificed to the god they call Myiodes,[a] clouds of flies depart from out Olympic territory. Hair lost by mange is restored by the ash of mice, their heads and tails, or their whole bodies, especially when this affliction is the result of sorcery; it is restored too by the ash of a hedge-hog mixed with honey, or by its burnt skin with liquid pitch. The head indeed of this animal, reduced to ash, by itself restores the hair even to scars. But for this treatment the patches must first be prepared by shaving with a razor. Some too have preferred to use mustard in vinegar. All that will be said about the hedgehog will apply even more to the porcupine. Hair is also prevented from falling out by the ash of a lizard that, in the way I have described,[b] has been burnt with the root of a fresh-cut reed, which must be chopped up fine so that the two may be consumed together, an ointment being made by the admixture of myrtle-oil. All the same results are given more efficaciously by green lizards, and with even greater benefit if there are added salt, bear's grease, and crushed onion. Some thoroughly boil ten green lizards at a time in ten sextarii of old oil, being content with one application a month. Vipers' skins reduced to ashes very quickly restore hair lost through mange, as does also an application of fresh hens' dung. A raven's egg, beaten up in a copper vessel and applied to the head after shaving it, imparts a black colour to the hair, but until it dries oil must be kept in the mouth lest the teeth too turn black at the same time; the application too must be made in the shade, and not

110 abluendum. alii sanguine et cerebro eius utuntur cum vino nigro, alii excocunt ipsum et nocte concubia in plumbeum vas condunt. aliqui alopecias cantharide trita inlinunt cum pice liquida, nitro praeparata cute—caustica vis earum, cavendumque ne exulcerent alte—postea ad ulcera ita facta capita murium et fel murium et fimum cum helleboro et pipere inlini iubent.

111 XXXV. Lendes tolluntur adipe canino vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo aut eorum vernatione quam exuunt pota, porrigines felle ovillo cum creta Cimolia inlito capite donec inarescat.

112 XXXVI. Capitis doloribus remedio sunt coclearum quae nudae inveniuntur nondum peractae, ablato capite, et his duritia lapidea exempta—est autem ea calculi latitudine—quae [1] adalligantur et minutae fronti inlinuntur tritae, item oesypum, ossa e capite vulturis adalligata aut cerebrum cum oleo et
113 cedria, peruncto capite et intus naribus inlitis, cornicis cerebrum coctum in cibo sumptum vel noctuae, gallinaceus si inclusus abstineatur die ac nocte, pari inedia eius qui [2] doleat, evulsis collo plumis circumligatisque vel cristis, mustelae cinis inlitus, surculus ex nido milvi pulvino subiectus, murina pellis cremata ex aceto inlito cinere, limacis inter duas orbitas inventae ossiculum per aurum argentum ebur traiectum

[1] quae *codd.* : eaque *Mayhoff.*
[2] qui *fere omnes codd.* : cuius E, *Mayhoff.*

[a] Perhaps a reference to slugs.
[b] Or, " of the size of a bit of gravel." Perhaps, " as big as a calculus."

washed off before three days have passed. Some use a raven's blood and brains added to dark wine; others thoroughly boil the raven itself and store it away at bed time in a vessel of lead. Some apply to patches of mange Spanish fly pounded with liquid pitch, first preparing the skin with soda—the application is caustic, and care must be taken not to cause deep sores—and prescribe that afterwards to the sores so formed be applied the heads, gall, and dung of mice with hellebore and pepper.

XXXV. Nits are removed by dog fat, snakes taken in food like eels, or by the cast slough of snakes taken in drink; dandruff by sheeps' gall with Cimolian chalk rubbed on the head until it dries off. *Cures for nits.*

XXXVI. Headaches have a remedy in the heads of snails, cut off from those that are found without shells, being not yet complete,[a] and the hard stony substance taken from them—it is of the width of a pebble [b]—which are used as an amulet, while the small snails are crushed, and rubbed on the forehead; there is also wool grease; the bones from the head of a vulture attached as an amulet, or its brain with oil and cedar resin, the head being rubbed all over and the inner part of the nostrils smeared with the ointment; the brain of a crow or owl boiled and taken in food; a cock penned up without food for a day and a night, the sufferer fasting with him at the same time, feathers plucked from the neck, or the comb, being tied round the head; the application of a weasel reduced to ash; a twig from a kite's nest placed under the pillow; a mouse's skin burnt and the ash applied in vinegar; the little bone of a slug found between two wheel ruts, passed through gold, silver and ivory, and attached in dog skin as an *For headaches.*

in pellicula canina adalligatum, quod remedium pluri-
114 bus semper prodest. fracto capiti aranei tela ex oleo et aceto inposita non nisi vulnere sanato abscedit. haec et vulneribus tonstrinarum sanguinem sistit, a cerebro vero profluentem anseris sanguis aut anatis infusus, adeps earundem alitum cum rosaceo. cocleae matutino[1] pascentis harundine caput praecisum, maxime luna plena lineo panno adalligant capitis doloribus liceo, aut cera alba[2] fronti inlinunt et pilos caninos panno adalligant.

115 XXXVII. Cerebrum cornicis in cibo sumptum palpebras gignere dicitur, oesypum cum murra calido penicillo inlitum. idem praestare muscarum fimique murini cinerem aequis portionibus ut efficiatur dimidium pondus denarii promittitur, additis duabus sextis denarii e stibi, ut omnia oesypo inlinantur, item murini catuli triti in vino vetere ad crassitudinem
116 acopi. pilos in his incommodos evulsos renasci non patitur fel irenacei, ovorum stelionis liquor, salamandrae cinis, lacertae viridis fel in vino albo sole coactum ad crassitudinem mellis in aereo vase, hirundinis pullorum cinis cum lacte tithymalli, spuma coclearum.

117 XXXVIII. Glaucomata dicunt Magi cerebro catuli septem dierum emendari specillo demisso in dex-

[1] cocleae matutino *Harduinus*: coctae (cocta) matutina *codd.*

[2] *Post* alba *add.* addita *Mayhoff*: *nolit Brakman.*

amulet, a remedy that always does good to most. Applied in oil and vinegar to a fractured skull, cobweb does not come away until the wound is healed. Cobweb also stops bleeding from a razor cut, but haemorrhage from the brain is stayed by pouring into the wound the blood of goose or duck, or the grease of these birds with rose oil. The head of a snail cut off with a reed as he feeds in the morning, by preference when the moon is full, is attached in a linen cloth by a thread to the head of a sufferer from headaches, or else made into an ointment for the forehead with white wax, and an amulet attached of dog's hair in a cloth.

XXXVII. A crow's brain taken in food is said to make eyelashes grow, and also wool grease and myrrh applied with a warmed probe. We are assured that the same result is obtained by taking the ash of flies and of mouse dung in equal quantities, so that the weight of the whole amounts to half a denarius, then adding two-sixths of a denarius of antimony and applying all with wool grease; or one may use baby mice beaten up in old wine to the consistency of an anodyne salve. When inconvenient hairs in the eyelashes have been plucked out they are prevented from growing again by the gall of a hedgehog, the fluid part of a spotted lizard's eggs, the ash of a salamander, the gall of a green lizard in white wine condensed by sunshine to the consistency of honey in a copper vessel, the ash of a swallow's young added to the milky juice of tithymallus and the slime of snails. *Eyelashes.*

XXXVIII. Opaqueness of the eye-lens is cured, say the Magi, by the brain of a seven-day-old puppy, the probe being inserted into the right side of the eye to *Cures for eye diseases.*

teram partem, si dexter oculus curetur, in sinistram, si sinister, aut felle recenti axionis. noctuarum est id genus, quibus pluma aurium modo micat. suffusionem oculorum canino felle malebat quam hyaenae curari Apollonius Pitanaeus cum melle, item albugines
118 oculorum. murium capitum caudaeque cinere ex melle inunctis claritatem visus restitui dicunt, multoque magis gliris aut muris silvestris cinere aut aquilae cerebro vel felle cum Attico melle. cinis et adips [1] soricis cum stibi tritus lacrimosis oculis plurimum confert—stibi quid sit dicemus in metallis—mustelae cinis suffusionibus, item lacertae, hirundinis cerebrum. cocleae tritae fronti inlitae epiphoras sedant sive per se sive cum polline sive cum
119 ture. sic et solatis [id est sole correptis] [2] prosunt. vivas quoque cremare et cinere earum cum melle Cretico inunguere caligines utilissimum est. iumentorum oculis membrana aspidis quam exuit vere, cum adipe eiusdem claritatem inunctis facit. viperam vivam in fictili novo comburere addito feniculi suco ad cyathum unum et turis manna [3] una, atque ita suffusiones oculorum et caligines inunguere utilissimum
120 est. medicamentum id echeon vocatur. fit et collyrium vipera in olla putrefacta vermiculisque enatis cum croco tritis. et uritur [4] in olla cum sale

[1] et adips d, *vulg. Detlefsen*: e capite *Mayhoff*: et alipe, alipe, et adipe *ceteri codd.*

[2] id est sole correptis] *uncos ego addidi.*

[3] manna *Hermolaus Barbarus, Mayhoff*: mina E, *Detlefsen*: mammam Vdf: mamma *vulg.*

[4] et uritur *Mayhoff*: excuritur *codd.*

[a] Mayhoff would omit "or . . . honey" as a gloss.

[b] A strange phrase, and Mayhoff's "ash from the head" may be right, but some sort of grease would be needed.

treat the right eye and into the left side to treat the left eye; or by the fresh gall of the *axio*, a kind of owl whose feathers twitch like ears. Apollonius of Pitane preferred to treat cataract with honey and dog's gall rather than using hyaena's, as he did also to treat white eye ulcers. The heads and tails of mice, reduced to ash and made into an ointment with honey, restore, they say, clearness of vision; much better the ash of a dormouse or wild mouse, or the brain of an eagle or the gall with Attic honey.[a] The ash and fat [b] of the shrew-mouse, beaten up with antimony, is very good for watery eyes—what antimony is I shall say when I speak [c] of metals—the ash of the weasel for cataract, likewise of the lizard, or the brain of the swallow.[d] Pounded snails applied to the forehead relieve eye fluxes, either by themselves or with fine flour or with frankincense; so applied they are also good for sunstroke.[e] To burn them alive also, and to use as ointment the ash with Cretan honey is very good for dimness of vision. For the eyes of draught animals the slough cast in spring by the asp makes with asp fat an ointment that improves their vision. To burn a viper alive in new earthenware, with addition of fennel juice up to one cyathus, and of one grain of frankincense, makes an ointment very good for cataract and dimness of vision; this prescription is called *echeon*. An eye salve is also made by letting a viper rot in a jar, and pounding with saffron the grubs that breed in it. A viper is also

[c] XXXIII. § 101.

[d] Or, "likewise the brain of lizard or swallow."

[e] On the whole it seems better to omit *id est sole correptis* as a gloss. Although a colloquial word of the countryside, *solatus* would scarcely require explanation to a Roman ear.

quem lingendo claritatem oculorum consecuntur et stomachi totiusque corporis tempestivitates. hic sal et pecori datur salubritatis causa et in antidotum contra serpentes additur. quidam † et adtollitur[1] †
121 viperis utuntur in cibis. primum omnium occisae statim salem in os addi iubent donec liquescat, mox quattuor digitorum mensura utrimque praecisa exemptisque interaneis discoquunt in aqua, oleo,[2] sale, aneto, et aut statim vescuntur aut pane colligunt, ut saepius utantur. ius praeter supra dicta pediculos e toto corpore expellit pruritusque etiam summae cutis. effectum ostendit et per se capitis viperini cinis; utilissime eo[3] oculos inunguit, itemque adeps viper-
122 inus. de felle non audaciter suaserim quae praecipiunt, quoniam, ut suo loco docuimus, non aliud est serpentium venenum. anguium adeps aerugini mixtus ruptas oculorum partes sanat, et membrana sive senectus vernatione eorum exuta si adfricetur, claritatem facit. boae quoque fel praedicatur ad albugines, suffusiones, caligines, adeps similiter ad
123 claritatem. aquilae, quam diximus pullos ad contuendum solem experiri, felle mixto cum melle Attico inunguntur nubeculae et caligationes suffusionesque

[1] et adtollitur *codd.*: ex Athoitis *Detlefsen* (VII § 27 *coll.*): ad oculos *Mayhoff*, "*locus nondum sanatus.*" *Fortasse* ad tollendos pruritus *Warmington.*

[2] discoquunt in aqua, oleo] *Mayhoff coni.* discoquunt cum vino atque oleo.

[3] eo *add. Mayhoff.*

---

[a] The reading of the MSS. is obviously wrong, and although the *ad* of *adtollitur* seems to be a preposition, the name of the complaint to follow it is a mystery; Mayhoff's *oculos* would scarcely have been misunderstood and suffered corruption. There is a late word *tolles*, meaning goitre. Palaeographically an easy correction, it scarcely suits the sense of the passage.

burned in a jar with salt, to lick which gives clearness of vision, and is a tonic to the stomach and to the whole body. This salt is also given to sheep to keep them in health, and is an ingredient of an antidote to snake bite. Some use vipers [a] . . . as food. They prescribe that, first of all, as soon as the viper has been killed, salt should be placed in its mouth until it melts; then at both ends a length of four fingers is cut off and the intestines taken out; the rest they thoroughly boil in water,[b] oil, salt and dill, and either eat at once, or mix in bread so that it can be used several times. In addition to what has been said above, the broth removes lice from any part of the body, as well as itching from the surface of the skin. Even by itself, the ash of a viper's head shows results; as ointment for the eyes it is very effective, and the same is true of viper's fat. I would not confidently recommend what is prescribed about a viper's gall, because, as I have pointed out in the appropriate place,[c] a serpent's poison is nothing but gall. The fat of snakes mixed with bronze rust heals ruptured parts of the eyes, and rubbing with their skin, or slough, cast in spring, gives clear vision. The gall of the boa also is recommended for white ulcers, cataract, and dimness, and its fat similarly for clear vision.

The gall of the eagle, which, as I have said,[d] tests its chicks for gazing at the sun, makes, when mixed with Attic honey, an ointment for film on the eyes, dimness of vision, and cataract. There is the same

[b] Mayhoff (Appendix to vol. IV, p. 495) points out that water and oil will not mix, and proposes an emendation that would give: "boil with wine and oil etc."

[c] II. § 163.

[d] X. § 10.

oculorum. eadem vis est et in vulturino felle cum porri suco et melle exiguo, item in gallinacei felle ad argema et albugines ex aqua diluto, item in suffusiones oculorum, maxime candidi gallinacei. fimum quoque gallinaceorum, dumtaxat rubrum, lusciosis
124 inlini monstrant. laudant et gallinae fel, et praecipue adipem, contra pusulas in pupillis; nec scilicet eius rei gratia saginant. adiuvat mirifice et ruptas oculorum tuniculas admixtis schisto et haematite lapidibus. fimum quoque earum, dumtaxat candidum, in oleo vetere corneisque pyxidibus adservant ad pupillarum albugines, qua in mentione significandum est pavones fimum suum resorbere tradi invi-
125 dentes hominum utilitatibus. accipiter decoctus in rosaceo efficacissimus ad inunctiones omnium vitiorum putatur, item fimi eius cinis cum Attico melle. laudatur et milvi iocur, fimum quoque columbarum, ex aceto ad aegilopia, similiter ad albugines et cicatrices, fel anserinum, sanguis anatum contusis oculis ita ut postea oesypo et melle inunguantur, fel perdicum cum mellis aequo pondere, per se vero ad claritatem. ex Hippocratis putant auctoritate adici
126 quod in argentea pyxide id servari iubent. ova perdicum in vase aereo decocta cum melle ulceribus oculorum et glaucomatis medentur. columbarum, palumbium, turturum, perdicum sanguis oculis cruore suffusis eximie prodest. in columbis masculae efficaciorem putant, vena autem sub ala

---

[a] I place the phrase here, instead of at the end of the sentence, to show the *similia similibus*.

[b] The phrases in this part of the chapter are difficult to join correctly.

property also in vulture's gall with leek juice and a little honey, likewise in the gall of a cock, especially of a white cock,[a] diluted with water and used for white specks, white ulcers, and cataract. The dung of poultry also, provided that it is red, is prescribed as an ointment for night blindness. The gall of a hen also, and in particular the fat, is recommended for pustules on the pupils, but of course hens are not fattened specially for this purpose. It is a wonderful help, combined with the stones schistos and haematites, for the coats of the eye when torn. The dung also of hens, provided it is white, is kept in old oil and horn boxes for white ulcers on the pupil; while on the subject I must mention the tradition that peacocks swallow back their own dung, begrudging men its benefits. A hawk boiled down in rose oil is thought to make a very efficacious liniment for all eye complaints, as is its dung reduced to ash and added to Attic honey. A kite's liver too is recommended, and also pigeons' dung, applied in vinegar for fistulas, similarly for white ulcers and for scars, goose's gall and duck's blood for bruised eyes, provided that afterwards they are treated with wool grease and honey; partridge gall can be used with an equal weight of honey, but by itself for clear vision.[b] It is on the supposed authority of Hippocrates that the further instruction is given to keep this gall in a silver box. Partridge eggs boiled down with honey in a bronze vessel cure ulcers on the eyes and opaqueness of the lens. The blood of pigeons, doves, turtle doves, or partridges, makes an excellent application for blood-shot eyes. Among pigeons, male birds are supposed to have the more efficacious blood, and a vein under a wing is cut for this purpose, because its

ad hunc usum inciditur, quoniam suo calore utilior est. superinponi oportet splenium e melle decoctum
127 lanamque sucidam ex oleo aut[1] vino. earundem avium sanguis nyctalopas sanat et iocur ovium, ut in capris diximus, efficacius fulvae. decocto quoque eius oculos abluere suadent et medulla dolores tumoresque inlinere. bubonis oculorum cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. turturis fimum albugines extenuat, item coclearum cinis, fimum cenchridis. accipitrum generis hanc Graeci
128 faciunt. argema ex melle omnibus quae supra scripta sunt sanatur. mel utilissimum oculis in quo apes sint inmortuae. ciconiae pullum qui ederit negatur annis[2] continuis lippiturus, item qui draconis caput habeat. huius adipe et melle cum oleo vetere incipientes caligines discuti tradunt. hirundinum pullos plena luna excaecant, restitutaque eorum acie capita comburuntur, cinere cum melle utuntur ad
129 claritatem et dolores ac lippitudines et ictus. lacertas quoque pluribus modis ad oculorum remedia adsumunt. alii viridem includunt novo fictili, et lapillos qui vocantur cinaedia, quae et inguinum tumoribus adalligari solent, novem signis signant et singulos detrahunt per dies. nono emittunt lacer-
130 tam, lapillos servant ad oculorum dolores. alii terram substernunt lacertae viridi excaecatae et una in vitreo vase anulos includunt e ferro solido vel auro. cum

[1] aut E, *Pl. Iun.*, *Mayhoff*: ac *Detlefsen*.
[2] *Inter* annis *et* continuis *add.* multis *Mayhoff*: V(=quinque) Brakman.

---

[a] See XXVIII. § 170.
[b] Here Mayhoff would add "many" and Brakman "five."
[c] I.e. dazzled.

natural heat makes it more useful. Over the application should be placed a plaster boiled in honey and greasy wool boiled in oil or wine. Night blindness is cured by the blood of the same birds and by the liver of sheep, as I said [a] when speaking of goats, with greater benefit if the sheep are tawny. With a decoction also of the liver it is recommended to bathe the eyes and to apply the marrow to those that are painful or swollen. We are assured that the eyes of the horned owl, reduced to ash and mixed with a salve, improves the vision. White ulcers are made better by the dung of a turtle dove, by snails reduced to ash, and by the dung of the cenchris, a bird considered by the Greeks to be a species of hawk. White specks are cured by all the above remedies applied with honey. The honey most beneficial for the eyes is that in which bees have died. He who has eaten the chick of a stork, it is said, will not suffer from ophthalmia for [b] years on end, likewise he who carries about the head of a python. Its fat with honey and old oil is said to disperse incipient dimness. The chicks of swallows are blinded [c] by the full moon, and when their sight is restored their heads are burnt and the ash used with honey to improve the vision and for pains, ophthalmia, and blows. Lizards too are employed in several ways for eye remedies. Some shut up a green lizard in new earthenware, and with them the pebbles called *cinaedia*, which are used as amulets for swellings on the groin, mark them with nine marks and take away one daily; on the ninth day they set the lizard free, but keep the pebbles for pains in the eyes. Others put earth under a green lizard after blinding it, and shut it in a glass vessel with rings of solid iron or gold. When they can see

recepisse visum lacertam apparuit per vitrum, emissa ea anulis contra lippitudinem utuntur, alii capitis cinere pro stibi ad scabritias. quidam viridem collo longo in sabulosis nascentem comburunt et incipientem epiphoram inungunt, item glaucomata.
131 mustelae etiam oculis punctu erutis aiunt visum reverti, eademque quae in lacertis et anulis faciunt, serpentis oculum dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse, si serpens viva dimittatur. lacrimantibus sine fine oculis cinis stelionum capitis cum stibi eximie medetur. aranei muscarii tela et praecipue spelunca ipsa inposita per frontem ad duo tempora in splenio aliquo, ita ut a puero inpube et capiatur et inponatur nec is triduo se ostendat ei cui medebitur, neve alter nudis pedibus terram attingat
132 his diebus, mirabiliter epiphoris mederi dicitur, albugines quoque tollere inunctione araneus candidus longissimis ac tenuissimis pedibus contritus in oleo vetere. is etiam cuius crassissimum textum est in contignationibus fere adalligatus panno epiphoras sanare traditur. scarabaei viridis natura contuentium visum exacuit, itaque gemmarum scalptores contuitu eorum adquiescunt.

133 XXXIX. Aures purgat fel pecudis cum melle, canini lactis instillatio sedat dolorem, gravitatem adeps cum absinthio et oleo vetere, item adeps anserinus. quidam adiciunt sucum cepae, alii pari

through the glass that the lizard has recovered its sight, they let it out, and use the rings for ophthalmia; others use the ash of the head instead of antimony for scabrous eyes. Some burn the green lizard with a long neck that is found in sandy places, and use it as ointment for incipient fluxes, as well as for opaqueness of the lens. They also say that when a weasel's eyes have been gouged out with a pointed tool, the sight is restored, and they use the animal as they used the lizards and rings, saying also that a serpent's right eye worn as an amulet, is good for eye fluxes, if the serpent is set free alive. The ash of a spotted lizard's head makes with antimony an excellent remedy for continually streaming eyes. The web of a fly-spider, particularly its very lair, is said to be a marvellous cure for fluxes if laid in a plaster across the forehead from temple to temple; but it must be collected and applied by a boy before puberty, who waits three days before showing himself to the patient needing cure, during which days the latter must not touch the earth with bare feet. White ulcers also are said to be removed by the white spider with very long and very thin legs, which is pounded in old oil and used as ointment. The spider too, whose very coarse web is generally found in rafters, is said to cure fluxes if worn in cloth as an amulet. The green beetle has the property of sharpening the sight of those who gaze at it, and so the carvers of jewels gaze on one to rest their eyes.

XXXIX. The ears are cleaned by sheep's gall with honey; pain is relieved by drops of bitch's milk; hardness of hearing by her fat with wormwood and old oil, also by goose grease. Some add the juice of onion and a like measure of garlic. They also use *Cures for the ears.*

modo. utuntur et per se ovis formicarum, namque et huic animali est medicina, constatque ursos aegros hoc
134 cibo sanari. anserum omniumque avium adeps praeparatur,[1] exemptisque omnibus venis patina nova fictili operta in sole subdita aqua ferventi liquatur, saccatusque lineis saccis et in fictili novo repositus loco frigido; minus putrescit addito melle. murium cinis cum melle instillatus aut cum rosaceo decoctus aurium dolores sedat. si aliquod animal intraverit, praecipuum remedium est murium fel aceto dilutum, si aqua intraverit, adeps anserinus cum cepae suco.
135 gliris detracta pelle intestinisque exemptis discoquitur melle in vase novo. medici malunt e nardo decoqui usque ad tertias partes atque ita adservari, dein, cum opus sit, strigili tepefacta infundere. constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari aut si terreni vermes cum adipe anseris decocti infundantur, item ex arboribus rubri cum oleo triti exul-
136 ceratis et ruptis auribus praeclare medentur. lacerti inveterati,[2] in os pendentium addito sale, contusas et ab ictu miseras aures sanant, efficacissime autem ferrugineas maculas habentes, lineis etiam per caudam distincti.[3] milipeda ab aliis centipeda aut multipeda dicta animal est e vermibus terrae pilosum,

[1] *Post* praeparatur *lacunam indicat Mayhoff.*
[2] lacerti inveterati *codd.*: lacertae inveteratae *Mayhoff.*
[3] distincti *Caesarius*: distinctae (-te) *codd.*

---

[a] Some words appear to have dropped out. Perhaps "washed."

[b] The MSS. have *distinctae* (or *distincte*). Hence Mayhoff would emend *lacerti* (above) to *lacertae.* It is perhaps more likely that a scribe unconsciously slipped into the more usual feminine. One should note in this chapter the many references

without addition ants' eggs, for this creature also has its use in medicine, and it is well known that bears when sick cure themselves by eating these eggs. The fat of geese and of all birds is prepared [a] . . . all the veins are taken out, and in a new earthenware pan with a lid it is melted in the sun with boiling hot water underneath, strained through linen strainers and set aside in new earthenware in a cool place; if honey is added the fat is less likely to go rancid. The ash of mice, either added to honey or boiled with rose oil, if dropped into the ears relieves pain. If some creature has crept into the ear, the sovereign remedy is mouse gall diluted with vinegar; if it is water that has got in, goose grease with the juice of an onion. A dormouse, skinned and the intestines taken out, is thoroughly boiled in honey in a new vessel. Physicians prefer it to be boiled down to one-third in nard, and so stored away, and then when needed poured into the ear in a warmed strigil. It is well ascertained that desperate ear complaints are cured by this remedy, or if a decoction of earthworms and goose grease is injected. The red worms also that are taken off trees, if pounded with oil, make excellent treatment for ulcerated or ruptured ears. Preserved lizards, with salt put into their mouths as they hang suspended, heal bruised ears that are suffering from a blow, most efficaciously those covered with spots of the colour of iron rust and also marked [b] by streaks along the tail. The millipede, by some called centipede or multipede, is one of the earth worms; it is hairy, with many feet, moving sinuously

to broken ears, owing perhaps to the head wounds common in war and gladiatorial fights, and to the heavy *caestus* used by boxers.

multis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens se, oniscon Graeci vocant, alii iulon.[1] efficacem narrant ad aurium dolores in cortice Punici mali decoctum vel[2] porri suco. addunt et rosaceum et in alteram aurem infundunt, illam autem quae non arcuatur sepa Graeci vocant, alii scolopendram,
137 minorem perniciosamque. cocleae quae sunt in usu cibi cum murra aut turis polline adpositae, item minutae latae fracturis aurium inlinuntur cum melle. senectus serpentium fervente testa usta instillatur rosaceo admixto, contra omnia quidem vitia efficax, sed contra graveolentiam praecipue, ac si purulenta sint, ex aceto, melius cum felle caprino vel bubulo aut testudinis marinae—vetustior anno eadem membrana non prodest, nec imbre perfusa, ut aliqui putant—
138 aranei sanies cum rosaceo aut per se in lana vel cum croco, gryllus cum sua terra effossus et inlitus. magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi, quoniam retro ambulet terramque terebret, stridat noctibus. venantur eum formica circumligata capillo in cavernam eius coniecta, efflato prius pulvere ne sese condat, ita formicae conplexu
139 extrahitur. ventris gallinaceorum membrana quae abici solet inveterata et in vino trita auribus purulentis calida infunditur, item[3] gallinarum adeps et quaedam pinguitudo blattae, si caput avellatur. hanc tritam una cum rosaceo auribus mire prodesse dicunt,

[1] iulon *Detlefsen ex Indice*: tulion, tullon, tollen, tollon *codd.*
[2] vel *Urlichs, Detlefsen*: et *Mayhoff*: mel VdT.
[3] item *ego addidi*: *Mayhoff* est *pro* et.

[a] The ailment is supposed to be driven *out* by the remedy inserted into the other ear.

its back as it crawls, drawing itself together when touched, and called by the Greeks *oniscos* or *iulos*. It is said to be a good cure for ear pains if boiled down in pomegranate rind or leek juice. They add also rose oil, and pour it into the ear that is not painful.[a] The kind however that does not move sinuously its back the Greeks call *seps* or scolopendra; it is smaller and very venomous. The snails that are edible are applied with myrrh or powdered frankincense, and the small, broad snails are made into an ointment with honey for fractured ears. The slough of serpents, burnt in a heated pot, is mixed with rose oil and dropped into the ears, efficacious indeed for all affections, but especially for offensive smell; if pus is present, vinegar is used, and it is better if there be added gall of goat, ox, or turtle—the slough, as some think, loses power if older than a year, or if soaked with rain—the gore of a spider on wool with rose oil, by itself, or with saffron; a cricket dug out with its earth and applied.[b] Great efficacy is attributed to this creature by Nigidius, greater still by the Magi, just because it walks backwards, bores into the earth, and chirrups at night. They hunt it with an ant tied to a hair and put into the cricket's hole, first blowing the dust away lest it bury itself, and so when the ant has embraced it the cricket is pulled out. The lining of the crop of poultry, usually thrown away, if dried and pounded in wine, is poured warm into suppurating ears, likewise hens' fat and a kind of greasy substance coming from the black beetle if its head is pulled off. This, pounded with rose oil, is said to be

[b] A formless sentence. Some verbal expression, such as "benefits pus in the ears," must be understood with the last clause.

sed lanam qua incluserint post paulum extrahendam, celerrime enim id pingue transire in animal fierique vermiculum. alii binas ternasve in oleo decoctas efficacissime auribus mederi scribunt et tritas in
140 linteolo inponi contusis. hoc quoque animal inter pudenda est, sed propter admirationem naturae priscorumque curae totum in hoc loco explicandum. plura earum genera fecerunt: molles, quas in oleo decoctas verrucis efficaciter inlini experti sunt.
141 alterum genus myloecon appellavere circa molas fere nascens. his capite detracto adtritas lepras sanasse Musaeum[1] pycten in exemplis reliquerunt. tertium genus et odoris taedio invisum, exacuta clune, cum pisselaeo sanare ulcera alias insanabilia, strumas, panos diebus XXI inpositas, percussa, contusa et cacoethe, scabiem furunculosque detractis pedibus
142 et pinnis. nos haec etiam audita fastidimus. at, Hercules, Diodorus et in morbo regio et orthopnoicis se dedisse tradit cum resina et melle. tantum potestatis habit ars ea pro medicamento dandi quidquid velit. humanissimi eorum cinerem crematarum servandum ad hos usus in cornea pyxide censuere aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis aut

[1] Musaeum *Ianus*: mascum *aut* museam *codd.*

wonderfully good for the ears, but the wool on which it is inserted must be taken out after a short time, for this grease very quickly turns into something alive, forming a grub. Some write that a dose of two or three of these beetles, boiled down in oil, make very good treatment for the ears, and that when these are bruised crushed beetles are placed in them in a piece of linen. This insect is one of the things that arouse disgust, but because Nature and the research of the ancients are so wonderful I must go fully into the matter here. They have made several classes of them: first the soft kind which, boiled down in oil, they found to make a good ointment for warts. The second kind they called *myloecos*, because they are found commonly about mills. The instances they quoted include Musaeus the boxer, who cured leprous sores by this kind rubbed on without their heads. A third kind, one with a loathsome smell and a sharp-pronged tail-end, they say will cure, if applied with pisselaeum for twenty-one days, ulcers otherwise incurable, scrofulous sores and superficial abscesses; and without legs and wings bruises, contusions, even malignant sores, itch scab, and boils. Even to hear these remedies mentioned makes me feel sick; but, heaven help us! Diodorus says that he had given these beetles with resin and honey even in cases of jaundice and orthopnoea. So much power has the art of medicine to prescribe any medicament it may wish. The kindliest among physicians have thought that the ash of burnt black beetles should be kept for the purposes mentioned in a horn box, or that crushed they should be given in enemas to sufferers from orthopnoea or catarrh. It is a known

rheumaticis. infixa utique corpori inlitas extrahere
143 constat. mel utilissimum auribus quoque est in quo apes inmortuae sint. parotidas comprimit columbinum stercus vel per se vel cum farina hordeacea aut avenacea, noctuae cerebrum vel iocur cum oleo infusum auriculae a parotide,[1] multipeda cum resinae parte tertia inlita, grylli sive inliti sive adalligati. ad reliqua morborum genera medicinam ex isdem animalibus aut eiusdem generis sequenti dicemus volumine.

[1] a parotide *in uncis Mayhoff.*

fact at any rate that an application brings away things embedded in the flesh. The most suitable honey for the ears also is that in which bees have died. Parotid swellings are reduced by pigeon's dung either by itself or with barley meal or oatmeal, by the brain or liver of an owl, poured with oil into the ear on the side of the swelling, by a multipede with a third part of resin used as ointment, and by crickets, used as ointment or as amulets. Medicine for the remaining kinds of disease from the same animals or from animals of the same kind, I shall speak of in the next Book.

BOOK XXX

LIBER XXX

1 I. Magicas vanitates saepius quidem antecedente operis parte, ubicumque causae locusque poscebant, coarguimus detegemusque etiamnum. in paucis tamen digna res est de qua plura dicantur, vel eo ipso quod fraudulentissima artium plurimum in toto terrarum orbe plurimisque saeculis valuit. auctoritatem ei maximam fuisse nemo miretur, quandoquidem sola artium tres alias imperiosissimas humanae
2 mentis complexa in unam se redegit. natam primum e medicina nemo dubitabit ac specie salutari inrepsisse velut altiorem sanctioremque medicinam, ita blandissimis desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maxime etiamnunc caligat humanum genus, atque, ut hoc quoque successerit,[1] miscuisse artes mathematicas, nullo non avido futura de sese sciendi atque ea e caelo verissime peti credente. ita possessis hominum sensibus triplici vinculo in tantum fastigii adolevit ut hodieque etiam in magna parte gentium praevaleat et in oriente regum regibus imperet.

3 II. Sine dubio illic orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores convenit. sed unus hic fuerit an

[1] successerit *C. F. W. Müller*: suggesserit *aut* suggerit *codd.*

---

[a] Or, "Few themes deserve more to receive fuller treatment."

BOOK XXX

I. In the previous part of my work I have often indeed refuted the fraudulent lies of the Magi, whenever the subject and the occasion required it, and I shall continue to expose them. In a few respects, however, the theme deserves [a] to be enlarged upon, were it only because the most fraudulent of arts has held complete sway throughout the world for many ages. Nobody should be surprised at the greatness of its influence, since alone of the arts it has embraced three others that hold supreme dominion over the human mind, and made them subject to itself alone. Nobody will doubt that it first arose from medicine, and that professing to promote health it insidiously advanced under the disguise of a higher and holier system; that to the most seductive and welcome promises it added the powers of religion, about which even today the human race is quite in the dark; that again meeting with success it made a further addition of astrology, because there is nobody who is not eager to learn his destiny, or who does not believe that the truest account of it is that gained by watching the skies. Accordingly, holding men's emotions in a three-fold bond, magic rose to such a height that even today it has sway over a great part of mankind, and in the East commands the Kings of Kings. *Origin of magic.*

II. Without doubt magic arose in Persia with Zoroaster. On this our authorities are agreed, but

postea et alius non satis constat. Eudoxus, qui inter sapientiae sectas clarissimam utilissimamque eam intellegi voluit, Zoroastrem hunc sex milibus annorum ante Platonis mortem fuisse prodidit, sic et Aristoteles.
4 Hermippus qui de tota ea arte diligentissime scripsit et viciens centum milia versuum a Zoroastre condita indicibus quoque voluminum eius positis explanavit, praeceptorem a quo institutum diceret tradidit Agonacen, ipsum vero quinque milibus annorum ante Troianum bellum fuisse. mirum hoc in primis, durasse memoriam artemque tam longo aevo commentariis intercidentibus,[1] praeterea nec claris nec
5 continuis successionibus custoditam. quotus enim quisque [2] auditu saltem cognitos habet, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos, Babyloniosque Marmarum et Arabantiphocum, Assyrium Tarmoendam, quorum nulla exstant monumenta? maxime tamen mirum est in bello Troiano tantum de arte ea silentium fuisse Homero tantumque operis ex eadem in Ulixis erroribus, adeo ut totum [3] opus non aliunde
6 constet, siquidem Protea et Sirenum cantus apud eum non aliter intellegi volunt, Circe [4] utique et inferum evocatione hoc solum agi. nec postea quisquam dixit quonam modo venisset Telmesum religiosissimam [5]

[1] intercidentibus VGd *Sillig.*: non intercedentibus R? *Detlefsen*: non *ante* commentariis *ponit Mayhoff.*

[2] *Ante* auditu *in codd.* communi *aut* commi, *om.* Er: hominum *Mayhoff.*

[3] *Ante* totum *in codd. multis de*: *om. Detlefsen*: vel *Mayhoff.*

[4] *Ante* Circe *coni.* in *Mayhoff.*

[5] *Post* religiosissimam *coni.* in *Mayhoff.*

[a] An *index* might be a mere title or a brief list of contents (or both).

whether he was the only one of that name, or whether there was also another afterwards, is not clear. Eudoxus, who wished magic to be acknowledged as the noblest and most useful of the schools of philosophy, declared that this Zoroaster lived six thousand years before Plato's death, and Aristotle agrees with him. Hermippus, a most studious writer about every aspect of magic, and an exponent of two million verses composed by Zoroaster, added summaries [a] too to his rolls, and gave Agonaces as the teacher by whom he [b] said that he had been instructed, assigning to the man himself a date five thousand years before the Trojan War. What especially is surprising is the survival, through so long a period, of the craft and its tradition; treatises are wanting, and besides there is no line of distinguished or continuous successors to keep alive their memory. For how few know anything, even by hearsay, of those who alone have left their names but without other memorial—Apusorus and Zaratus of Media, Marmarus and Arabantiphocus of Babylon, or Tarmoendas of Assyria? The most surprising thing, however, is the complete silence of Homer about magic in his poem on the Trojan War, and yet so much of his work in the wanderings of Ulysses is so occupied with it that it alone forms the backbone of the whole work, if indeed they put a magical interpretation upon the Proteus episode in Homer and the songs of the Sirens, and especially upon the episode of Circe and of the calling up of the dead from Hades, of which magic is the sole theme. And in later times nobody has explained how ever it reached Telmesus,

[b] The omission of the pronouns makes the subject of *diceret* uncertain—Zoroaster or Hermippus.

urbem, quando transisset ad Thessalas matres, quarum cognomen diu optinuit in nostro orbe, aliena genti Troianis utique temporibus Chironis medicinis
7 contentae et solo Marte fulminante.[1] miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhaesisse, ut Menander quoque litterarum subtilitati sine aemulo genitus Thessalam cognominaret fabulam[2] complexam ambages feminarum detrahentium lunam. Orphea putarem e propinquo eam[3] primum pertulisse ad vicina eiusque[4] superstitionem a medicina[5] provectam,[6] si non expers sedes eius tota Thrace magices
8 fuisset. primus, quod exstet, ut equidem invenio, commentatus est de ea Osthanes Xerxen regem Persarum bello quod is Graeciae intulit comitatus, ac velut semina artis portentosae sparsit obiter infecto quacumque commeaverant mundo. diligentiores paulo ante hunc ponunt Zoroastrem alium Proconnensium. quod certum est, hic maxime Osthanes ad rabiem, non aviditatem modo scientiae eius Graecorum populos egit, quamquam animadverto summam litterarum claritatem gloriamque ex ea scientia antiquitus et paene semper petitam.

[1] fulminante *multi codd., Detlefsen*: fulminanti *Mayhoff*: fulminati V[1]GR[1]d.

[2] fabulam *Detlefsen*: famulam *Mayhoff. Neuter editor alias indicat lectiones.*

[3] propinquo eam *Gronovius, Ianus*: propinquo artem *Mayhoff*: propinquo R(?) E *vulg. Detlefsen*: propinquorum VGd: propinquum *coni. Warmington.*

[4] eiusque *P. Green*: usque *codd.*

[5] a medicina *Gronovius, Sillig*: ac medicinae (*et* superstitionis) *Mayhoff*: ac medicinae (superstitiones E, superstitionem R) ER.

[6] provectam *coni. Mayhoff*: provectum *aut* profectum *codd.*

a city given up to superstition, or when it passed over to the Thessalian matrons, whose surname [a] was long proverbial in our part of the world, although magic was a craft repugnant to the Thessalian people, who were content, at any rate in the Trojan period, with the medicines of Chiron, and with the War God as the only wielder of the thunderbolt.[b] I am indeed surprised that the people over whom Achilles once ruled had a reputation for magic so lasting that actually Menander, a man with an unrivalled gift for sound literary taste, gave the name "Thessala" to his comedy, which deals fully with the tricks of the women for calling down the moon. I would believe that Orpheus was the first to carry the craft to his near neighbours, and that his superstition grew from medicine, if the whole of Thrace, the home of Orpheus, had not been untainted by magic. The first man, so far as I can discover, to write a still-extant treatise on magic was Osthanes, who accompanied the Persian King Xerxes in his invasion of Greece, and sowed what I may call the seeds of this monstrous craft, infecting the whole world by the way at every stage of their travels. A little before Osthanes, the more careful inquirers place another Zoroaster, a native of Proconnesus. One thing is certain; it was this Osthanes who chiefly roused among the Greek peoples not so much an eager appetite for his science as a sheer mania. And yet I notice that of old, in fact almost always, the highest literary distinction and renown have been sought from that science. Certainly Pytha-

[a] I.e. "Thessalian." The word suggested witchcraft.

[b] With the reading *fulminanti*: "whose only thunder was that of their War God."

9 certe Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato ad hanc discendam navigavere exiliis verius quam peregrinationibus susceptis, hanc reversi praedicavere, hanc in arcanis habuere. Democritus Apollobechem Coptitem et Dardanum e Phoenice inlustravit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis, suis vero ex disciplina eorum editis, quae recepta ab ullis hominum atque transisse per memoriam aeque ac nihil in vita mirandum est. in tantum fides istis fasque omne deest, adeo ut qui
10 cetera in viro probant haec opera eius esse infitientur.[1] sed frustra, hunc enim maxime adfixisse animis eam dulcedinem constat. plenumque miraculi et hoc, pariter utrasque artes effloruisse, medicinam dico magicenque, eadem aetate illam Hippocrate, hanc Democrito inlustrantibus, circa Peloponnensiacum Graeciae bellum quod gestum est a trecentesimo
11 urbis nostrae anno. est et alia magices factio a Mose et Janne et Lotape [2] ac Iudaeis pendens, sed multis milibus annorum post Zoroastrem. tanto recentior est Cypria. non levem et Alexandri Magni temporibus auctoritatem addidit professioni secundus Osthanes comitatu eius exornatus, planeque, quod nemo dubitet, orbem terrarum peragravit.

12 III. Extant certe et apud Italas gentes vestigia eius in XII tabulis nostris aliisque argumentis quae

[1] infitientur *Mayhoff*: inficientur *codd.*
[2] Lotape *codd.*: Iotape *Gelenius.*

[a] See Torrey, *The Magic of Lotapes* (Journal of Biblical Literature, 1949, 325–327). Pliny should have written *Iotape* = ἰῶτα πῆ = Yahweh. Jannes was not a Hebrew

goras, Empedocles, Democritus and Plato went overseas to learn it, going into exile rather than on a journey, taught it openly on their return, and considered it one of their most treasured secrets. Democritus expounded Apollobex the Copt and Dardanus the Phoenician, entering the latter's tomb to obtain his works and basing his own on their doctrines. That these were accepted by any human beings and transmitted by memory is the most extraordinary phenomenon in history; so utterly are they lacking in credibility and decency that those who like the other works of Democritus deny that the magical books are his. But it is all to no purpose, for it is certain that Democritus especially instilled into men's minds the sweets of magic. Another extraordinary thing is that both these arts, medicine I mean and magic, flourished together, Democritus expounding magic in the same age as Hippocrates expounded medicine, about the time of the Peloponnesian War, which was waged in Greece from the three-hundredth year of our city. There is yet another branch of magic, derived from Moses, Jannes, Lotapes,[a] and the Jews, but living many thousand years after Zoroaster. So much more recent is the branch in Cyprus. In the time too of Alexander the Great, no slight addition was made to the influence of the profession by a second Osthanes, who, honoured by his attendance on Alexander, travelled certainly without the slightest doubt all over the world.

III. Among Italian tribes also there still certainly exist traces of magic in the Twelve Tables, as is

but an Egyptian magician, who competed with Moses. See *Epistle to Timothy*, II. 3, 8.

priore volumine exposui. DCLVII demum anno urbis Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio Crasso cos. senatusconsultum factum est ne homo immolaretur, palamque in tempus illut sacra prodigiosa celebrata.

13 IV. Gallias utique possedit, et quidem ad nostram memoriam. namque Tiberii Caesaris principatus sustulit Druidas eorum et hoc genus vatum medicorumque. sed [1] quid ego haec commemorem in arte oceanum quoque transgressa et ad naturae inane pervecta? Britannia hodieque eam adtonita celebrat tantis caerimoniis ut dedisse Persis videri possit. adeo ista toto mundo consensere quamquam discordi et sibi ignoto. nec satis aestimari potest quantum Romanis debeatur, qui sustulere monstra, in quibus hominem occidere religiosissimum erat, mandi vero etiam saluberrimum.

14 V. Ut narravit Osthanes, species eius plures sunt. namque et aqua et sphaeris et aëre et stellis et lucernis ac pelvibus securibusque et multis aliis modis divina promittit, praeterea umbrarum inferorumque colloquia. quae omnia aetate nostra princeps Nero vana falsaque comperit. quippe non citharae tragicique cantus libido illi maior fuit, fortuna rerum humanarum summa gestiente [2] in profundis animi vitiis, primumque imperare dis con-

[1] sed *Gelenius*, *Mayhoff*: ipse *codd.*
[2] gestiente *codd.*: gestienti *coni. Mayhoff.*

---

[a] XXVIII. § 17.
[b] 97 B.C.
[c] Or: "agreement in that subject of magic."

proved by my own and the other evidence set forth in an earlier Book.[a] It was not until the 657th year of the City[b] that in the consulship of Gnaeus Cornelius Lentulus and Publius Licinius Crassus there was passed a resolution of the Senate forbidding human sacrifice; so that down to that date it is manifest that such abominable rites were practised.

IV. Magic certainly found a home in the two Gallic provinces, and that down to living memory. For the principate of Tiberius Caesar did away with their Druids and this tribe of seers and medicine men. But why should I speak of these things when the craft has even crossed the Ocean and reached the empty voids of Nature? Even today Britain practises magic in awe, with such grand ritual that it might seem that she gave it to the Persians. So universal is the cult of magic[c] throughout the world, although its nations disagree or are unknown to each other. It is beyond calculation how great is the debt owed to the Romans, who swept away the monstrous rites, in which to kill a man was the highest religious duty and for him to be eaten a passport to health.

V. As Osthanes said, there are several forms of magic; he professes to divine from water, globes, air, stars, lamps, basins and axes, and by many other methods, and besides to converse with ghosts and those in the underworld. All of these in our generation the Emperor Nero discovered to be lies and frauds. In fact his passion for the lyre and tragic song was no greater than his passion for magic; his elevation to the greatest height of human fortune aroused desire in the vicious depths of his mind; his greatest wish was to issue commands to the gods,

cupivit, nec quicquam generosius voluit. nemo um-
15 quam ulli artium validius favit. ad hoc non opes defuere, non vires, non discentis ingenium, quae non alia patiente mundo! inmensum, indubitatum exemplum est falsae artis quam dereliquit Nero, utinamque inferos potius et quoscumque de suspitionibus suis deos consuluisset quam lupanaribus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas! nulla profecto sacra, barbari licet ferique ritus, non mitiora quam cogitationes eius fuissent. saevius sic[1] nos replevit umbris.

16 VI. Sunt quaedam Magis perfugia, veluti lentiginem habentibus non obsequi numina aut cerni. num obstitit[2] forte hoc in illo? nihil membris defuit. nam dies eligere certos liberum erat, pecudes vero quibus non nisi ater colos esset facile. nam homines immolare etiam gratissimum. Magus ad eum Tiridates venerat Armeniacum de se triumphum adferens
17 et ideo provinciis gravis. navigare noluerat, quoniam expuere in maria aliisque mortalium necessitatibus violare naturam eam fas non putant. Magos secum adduxerat, magicis etiam cenis eum initiaverat, non tamen, cum regnum ei daret, hanc ab eo artem accipere valuit.[3] proinde ita persuasum sit, intestabilem, inritam, inanem esse, habentem tamen quasdam veritatis umbras, sed in his veneficas artes pollere,
18 non magicas. quaerat aliquis, quae sint mentiti

[1] hic *vel* is sic *coni. Warmington.*

[2] num obstitit *ego coni. post Pintianum*: an obstitit *Mayhoff*: non (*pro* num) dTE: obstet *aliquot codd., Detlefsen.*

[3] valuit d(?) *vulg., Detlefsen, Mayhoff*: voluit *paene omnes codd. et Mayhoff in Appendice.*

and he could rise to no nobler ambition. No other of the arts ever had a more enthusiastic patron. Every means were his to gratify his desire—wealth, strength, aptitude for learning—and what else did the world not allow! That the craft is a fraud there could be no greater or more indisputable proof than that Nero abandoned it; but would that he had consulted about his suspicions the powers of Hell and any other gods whatsoever, instead of entrusting these researches to pimps and harlots. Of a surety no ceremony, outlandish and savage though the rites may be, would not have been gentler than Nero's thoughts; more cruelly behaving than any did Nero thus fill our Rome with ghosts.

VI. The Magi have certain means of evasion; for example that the gods neither obey those with freckles nor are seen by them. Was this perhaps their objection to Nero? But his body was without blemish; he was free to choose the fixed days, could easily obtain perfectly black sheep, and as for human sacrifice, he took the greatest delight in it. Tiridates the Magus had come to him bringing a retinue for the Armenian triumph over himself, thereby laying a heavy burden on the provinces. He had refused to travel by sea, for the Magi hold it sin to spit into the sea or wrong that element by other necessary functions of mortal creatures. He had brought Magi with him, had initiated Nero into their banquets; yet the man giving him a kingdom was unable to acquire from him the magic art. Therefore let us be convinced by this that magic is detestable, vain, and idle; and though it has what I might call shadows of truth, their power comes from the art of the poisoner, not of the Magi. One might well ask what were the

veteres Magi, cum adulescentibus nobis visus Apion grammaticae artis prodiderit cynocephalian herbam, quae in Aegypto vocaretur osiritis, divinam et contra omnia veneficia, sed si tota erueretur, statim eum qui eruisset mori, seque evocasse umbras ad percunctandum Homerum quanam patria quibusque parentibus genitus esset, non tamen ausus profiteri quid sibi respondisse diceret.

19 VII. Peculiare vanitatis sit argumentum quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur tot modis a rerum natura damnatas, caecitate perpetua, tenebris etiamnum aliis [1] defossas sepultisque similes. nullis aeque credunt extis, nullum religionum capacius iudicant animal, ut si quis cor eius recens palpitansque devoret,[2] divinationis et rerum efficien-
20 darum eventus promittant. dente talpae vivae exempto sanari dentium dolores adalligato adfirmant. cetera ex eo animali placita eorum suis reddemus locis. nec quicquam probabilius invenietur quam muris aranei morsibus adversari eas, quoniam et terra orbitis, ut diximus, depressa adversatur.

21 VIII. Cetero dentium doloribus, ut idem narrant, medetur canum qui rabie perierunt capitum cinis crematorum sine carnibus instillatus ex oleo cyprio per aurem cuius e parte doleant, caninus dens sinister maximus circumscarifato qui doleat aut draconis os

[1] aliis *aut* alis *codd.*, *Mayhoff*: altis *Detlefsen*.

[2] devoret V^1GRdTf: devoraret V^2E^1: devorarit E^2 *vulg.*, *Detlefsen*.

[a] See XXIX. § 89.

lies of the old Magi, when as a youth I saw Apion the grammarian, who told me that the herb cynocephalia, called in Egypt osiritis, was an instrument of divination and a protection from all kinds of sorcery, but if it were uprooted altogether the digger would die at once, and that he had called up ghosts to inquire from Homer his native country and the name of his parents, but did not dare to repeat the answers which he said were given.

VII. It should be unique evidence of fraud that they look upon the mole of all living creatures with the greatest awe, although it is cursed by Nature with so many defects, being permanently blind, sunk in other darkness also, and resembling the buried dead. In no entrails is placed such faith; to no creature do they attribute more supernatural properties; so that if anyone eats its heart, fresh and still beating, they promise powers of divination and of foretelling the issue of matters in hand. They declare that a tooth, extracted from a living mole and attached as an amulet, cures toothache. The rest of their beliefs about this animal I will relate in the appropriate places. But of all they say nothing will be found more likely than that the mole is an antidote for the bite of the shrewmouse, seeing that an antidote for it, as I have said,[a] is even earth that has been depressed by cart wheels. *The mole.*

VIII. Toothache is also cured, the Magi tell us, by the ash of the burnt heads without any flesh of dogs that have died of madness, which must be dropped in cyprus oil through the ear on the side where the pain is; also by the left eye-tooth of a dog, the aching tooth being scraped round with it; by one of the vertebrae of the draco or of the *Remedies for the teeth.*

e spina, item enhydridis, est autem serpens masculus et albus. huius maximo dente circumscarifant, aut in superiorum dolore duos superiores adalligant, e
22 diverso inferiores. huius adipe perunguuntur qui crocodilum captant. dentes scarifant et ossibus lacertae ex fronte luna plena exemptis ita ne terram adtingant. colluunt dentibus caninis decoctis in vino ad dimidias partes. cinis eorum pueros tarde dentientes adiuvat cum melle. fit eodem modo et dentifricium. cavis dentibus cinis e murino fimo
23 inditur, vel iocur lacertarum aridum. anguinum cor si mordeatur adalligeturve efficax habetur. sunt inter eos qui murem bis in mense iubeant mandi doloresque ita caveri. vermes terreni decocti in oleo infusique auriculae cuius a parte doleat praestant levamentum. eorundem cinis exesis dentibus coniectus [1] ex facili [2] cadere eos cogit, integros dolentes inlitus iuvat. comburi autem oportet in testo. prosunt et cum mori radice in aceto scillite decocti ita ut
24 colluantur dentes. is quoque vermiculus qui in herba Veneris labro appellata invenitur cavis dentium inditus mire prodest. nam urucae brassicae eius contactu cadunt, et a malva cimices infunduntur auribus cum rosaceo. harenulae quae inveniuntur in cornibus coclearum cavis dentium inditae statim

[1] coniectus r *Pl. Iun.*, *Mayhoff*: coiectus E: collectus d, *Detlefsen*: collectis *aliquot codd.*: colutis *Ianus*.

[2] ex facili *aliquot codd.*, *Detlefsen*, *Mayhoff*: ex facile VGR. *Marcellus* (XII 31) "insertus et cera opertus facile cadere eos cogit." *Fortasse* coniectus et cera contectus facile. *Warmington* coniectus facile excidere *coni.*

---

[a] The true text is very hard to discover. The general sense is plain, but the parallel passage in Marcellus XII. 31 seems to suggest that a phrase like "covered with wax" has

enhydris, the serpent being a white male. With this eye-tooth they scrape all round the painful one, or they make an amulet of two upper teeth, when the pain is in the upper jaw, using lower teeth for the lower jaw. With its fat they rub hunters of the crocodile. They also scrape teeth with bones extracted from the forehead of a lizard at a full moon, without their touching the earth. They rinse the mouth with a decoction of dogs' teeth in wine, boiled down to one-half. The ash of these teeth with honey helps children who are slow in teething. A dentifrice also is made with the same ingredients. Hollow teeth are stuffed with the ash of mouse dung or with dried lizards' liver. A snake's heart, eaten or worn as an amulet, is considered efficacious. There are among them some who recommend a mouse to be chewed up twice a month to prevent aches. Earthworms, boiled down in oil and poured into the ear on the side where there is pain, afford relief. These also, reduced to ash and plugged into decayed teeth, force them to fall out easily,[a] and applied to sound teeth relieve any pain in them. They should be burnt, however, in an earthen pot. They also benefit if boiled down in squill vinegar with the root of a mulberry tree, so as to make a wash for the teeth. The maggot also, which is found on the plant called Venus' Bath, plugged into hollow teeth, is wonderfully good. But they fall out at the touch of the cabbage caterpillar, and the bugs from the mallow are poured into the ears with rose oil. The little grains of sand, that are found in the horns of snails, if put into hollow teeth, free them at once

been lost. My own guess presupposes a loss of *cera contectus* after *coniectus*. Warmington's coniecture is attractive.

liberant dolore. coclearum inanium cinis cum murra gingivis prodest, serpentis cum sale in olla exustae cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus, anguinae vernationis membrana cum oleo taedaeque
25 resina calefacta et auri alterutri infusa—adiciunt aliqui tus et rosaceum—eadem cavis indita ut sine molestia cadant praestat. vanum arbitror esse circa canis ortum angues candidos membranam eam exuere, quoniam ante ortum [1] in Italia visum est, multoque minus credibile in tepidis regionibus tam sero exui. hanc autem vel inveteratam cum cera celerrime evellere tradunt, et dens anguium adalli-
26 gatus dolores mitigat. sunt qui et araneum animal ipsum sinistra manu captum tritumque in rosaceo et in aurem infusum cuius a parte doleat prodesse arbitrentur. ossiculi gallinarum in pariete servati fistula salva; [2] tacto dente vel gingiva scarifata proiectoque ossiculo statim dolorem abire tradunt, item fimo corvi lana adalligato vel passerum cum oleo calefacto et proximae auriculae infuso. pruritum quidem intolerabilem facit et ideo utilius est passeris pullorum sarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare.

27 IX. Oris saporem commendari adfirmant, murino cinere cum melle si fricentur dentes. admiscent quidam marathi radices. pinna vulturis si scalpantur

[1] ante ortum *Mayhoff*: neutrum *codd., Detlefsen*.

[2] in pariete servati fistula salva] *Nescioquo loco latet error nondum sanatus. Vide notam.*

---

[a] Both the structure and the sense are difficult. Mayhoff conjectures *panno* or *puxide* for *pariete*, but the last occurs in similar cures in § 51 and elsewhere. I translate as though

from pain. Empty snail shells, reduced to ash and myrrh added, are good for the gums, as is the ash of a serpent burnt with salt in an earthen pot, poured with rose oil into the opposite ear, or the slough of a snake with oil and pitch-pine resin warmed and poured into either ear—some add frankincense and rose oil—and if put into hollow teeth it also makes them fall out without trouble. I think it an idle tale that white snakes cast their slough about the rising of the Dog-star, since the casting has been seen in Italy before the rising, and in warm regions it is much less probable for sloughing to be so late. But they say that this slough, even when dry, combined with wax forces out teeth very quickly. A snake's tooth also, worn as an amulet, relieves toothache. There are some who think that a spider also is beneficial, the animal itself, caught with the left hand, beaten up in rose oil, and poured into the ear on the side of the pain. The little bones of hens have been kept hanging on the wall of a room with the gullet intact; [a] if a tooth is touched, or the gum scraped, and the bone thrown away, they assure us that the pain at once disappears, as it does if a raven's dung, wrapped in wool, is worn as an amulet, or if sparrows' dung is warmed with oil and poured into the ear nearer the pain. This however causes unbearable itching, and so it is better to rub the part with vinegar and the ash of a sparrow's nestlings burnt on twigs.

IX. They assert that the taste in the mouth is made agreeable if the teeth are rubbed with the ash of burnt mice mixed with honey; some add fennel root. If the teeth are picked with a vulture's

servati were a finite verb, and a new sentence began at *tacto*. This gives the general sense.

dentes, acidum halitum faciunt. hoc idem hystricis spina fecisse ad firmitatem pertinet. linguae ulcera et labrorum hirundines in mulso decoctae sanant, adeps anseris aut gallinae rimas, oesypum cum galla, araneorum telae candidae et quae in trabibus [1] parvae texuntur. si ferventia os intus exusserint, lacte canino statim sanabuntur.

28 X. Maculas in facie oesypum cum melle Corsico quod asperrimum habetur extenuat, item scobem cutis in facie cum rosaceo inpositum vellere—quidam et butyrum addunt—si vero vitiligines sint, fel caninum prius acu conpunctas, ad liventia et suggillata pulmones arietum pecudumque in tenues
29 consecti membranas calidi inpositi, vel columbinum fimum. cutem in facie custodit adeps anseris vel gallinae. lichenas et murino fimo ex aceto inlinunt et cinere irenacei ex oleo. in hac curatione prius nitro ex aceto faciem foveri praecipiunt. tollit ex facie vitia et coclearum quae latae et minutae passim inveniuntur cum melle cinis. omnium quidem coclearum cinis spissat, calfacit, smectica vi, et ideo causticis miscetur, psorisque et lepris et lentigini inlinitur. invenio et formicas Herculaneas appellari quibus tritis adiecto sale exiguo talia vitia sanentur.
30 buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabaeo longipedi. fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen invenit, devoratumque tacto

[1] in trabibus *Hermolaus Barbarus, Mayhoff*: intra bulbus *codd.*

---

[a] *Spissare*, a favourite word of Pliny, is often of uncertain meaning and difficult to translate. Here perhaps there is reference to the drying up of morbid humours.

feather, they make the breath sour. To pick them with a porcupine's quill conduces to their firmness. Sores on the tongue or lips are healed by a decoction of swallows in honey wine; chaps on them by goose grease or hen's grease, by oesypum with gall nut, by white webs of spiders, or by the small webs spun on rafters. If the mouth has been scalded by over-hot things, bitch's milk will give an immediate cure.

X. Spots on the face are removed by oesypum with Corsican honey, which is considered the most acrid; scurf on the skin of the face by the same with rose oil on a piece of fleece; some add also butter. If however there is psoriasis, dog's gall is applied to the spots, which are first pricked with a needle; to livid spots and bruises rams' or sheep's lungs are applied hot and cut into thin slices, or else pigeon's dung. The skin of the face is preserved by goose grease or hen's. To lichen is also applied mouse dung in vinegar, or ash of the hedgehog in oil; for this treatment they prescribe that the face should first be fomented with soda and vinegar. Facial troubles are also removed by the ash with honey of the broad but small snails that are found everywhere. The ash indeed of all snails, such is its detergent property, thickens [a] and warms; for that reason it is an ingredient of caustic preparations and used as a liniment for itch, leprous sores, and freckles. I find also that there are ants called Herculanean, which beaten up and with the addition of a little salt cure facial troubles. The buprestis is a creature rarely found in Italy, and very similar to a long-legged beetle. Oxen at pasture are very apt not to see it—hence too its name—and should it be swallowed it causes such inflammation on reaching

Facial remedies.

felle ita inflammat ut rumpat. haec cum hircino sebo inlita lichenas ex facie tollit septica vi, ut supra dictum est. vulturinus sanguis cum chamaeleontos albae, quam herbam esse diximus, radice et cedria tritus contectusque brassica lepras sanat, item pedes locustarum cum sebo hircino triti, varos adeps gallinaceus cum cepa subactus. utilissimum et in facie mel in quo apes sint inmortuae, praecipue tamen faciem purgat atque erugat cygni adeps. stigmata delentur columbino fimo ex aceto.

31 XI. Gravedinem invenio finiri, si quis nares mulinas osculetur. uva[1] et faucium dolor mitigatur fimo agnorum priusquam herbam gustaverint in umbra arefacto, uva suco cocleae acu transfossae inlita, ut coclea ipsa in fumo suspendatur, hirundinum cinere cum melle. sic et tonsillis succurritur. tonsillas et fauces lactis ovilli gargarizatio adiuvat,
32 multipeda trita, fimum columbinum cum passo gargarizatum, etiam cum fico arida ac nitro inpositum extra. asperitatem faucium et destillationes leniunt cocleae—coqui debent inlotae, demptoque tantum terreno conteri et in passo dari potu. sunt qui Astypalaeicas efficissimas putent[2]—et cinis earum, gryllus infricatus aut si quis manibus quibus eum contriverit tonsillas attingat.

33 XII. Anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirun-

[1] An uvae? *sic coni. Mayhoff.*

[2] putent—et cinis earum, gryllus (cinis menarum *Detlefsen*) *Urlichs, Detlefsen*: putent et minimas earum—, gryllus *Mayhoff*: *varia codd.*

[a] XXIX. § 59. [b] XXII. § 45.

[c] These are often mentioned. Slaves after manumission might find them an embarrassment.

the gall that it bursts the animal. This insect applied with he-goat suet removes lichen from the face by its corrosive property, as I have already [a] said. Vulture's blood, beaten up with cedar resin and the root of the white chamaeleon, a plant I have already [b] mentioned, and covered with a cabbage leaf, heals leprous sores, as do the legs of locusts beaten up with he-goat suet. Pimples are cured by poultry fat kneaded with onion. Very useful too for the face is honey in which bees have died, but the best thing for clearing the complexion and removing wrinkles is swan's fat. Branded marks [c] are removed by pigeon's dung in vinegar.

XI. I find that a heavy cold clears up if the sufferer kisses a mule's muzzle. Pain in the uvula and in the throat is relieved by the dung, dried in shade, of lambs that have not yet eaten grass, uvula pain by applying the juice of a snail transfixed by a needle, so that the snail itself may be hung up in the smoke, and by the ash of swallows with honey. This also gives relief to affections of the tonsils. Gargling with ewe's milk is a help to tonsils and throat, as is a multipede beaten up, gargling with pigeon's dung and raisin wine, and also an external application of it with dried fig and soda. Sore throat and a running cold are relieved by snails—they should be boiled unwashed, and with only the earth taken off crushed and given to drink in raisin wine; some hold that the snails of Astypalaea are the most efficacious—by their ash, and also by rubbing with a cricket or if anybody touches the tonsils with hands that have crushed a cricket. *Colds, etc.*

XII. In quinsy very speedy relief is afforded by goose gall with elaterium and honey, by the brain of *Quinsy.*

dinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ovidius poeta. sed efficaciores ad omnia quae ex hirundinibus monstrantur pulli silvestrium—figura nidorum eas deprehendit—multo tamen efficacissimi ripariarum pulli. ita vocant in riparum cavis nidificantes. multi cuiuscumque hirundinis pullum edendum censent, ut toto anno non metuatur id malum.
34 strangulatos cum sanguine [1] comburunt in vase et cinerem cum pane aut potu dant. quidam et mustelae cinerem [2] pari modo admiscent. sic ad strumae remedia dant et comitialibus cotidie potui. in sale quoque servatae hirundines ad anginam drachma bibuntur, cui malo et nidus earum mederi
35 dicitur potus. milipedam inlini anginis efficacissimum putant. alii XX tritas in aquae mulsae hemina dari per harundinem, quoniam dentibus tactis nihil prosint. tradunt et murem cum verbenaca excoctum, si bibatur is liquor, remedio esse, et corrigiam caninam ter collo circumdatam, fimum columbinum vino et oleo permixtum. cervicis nervis et opisthotono ex milvi nido surculus viticis adalligatus auxiliari dicitur,
36 strumis exulceratis mustelae sanguis, ipsa decocta in vino; non tamen sectis admovetur. aiunt et in cibo sumptam idem efficere, vel cinerem eius sarmentis

[1] cum sanguine] *Mayhoff* anginae *coni.*
[2] cinerem *Mayhoff*: cineres dEr *Detlefsen.*

[a] Perhaps "dog's lead."

iumentorum pedes sublitus, clavos pedum urina muli mulaeve cum luto suo inlita, fimum ovium, iocur lacertae viridis vel sanguis flocco inpositus, vermes terreni ex oleo, stelionis caput cum viticis pari modo tritum ex oleo, fimum columbinum decoctum ex
81 aceto, verrucas omnium generum urina canis recens cum suo luto inlita, fimi canini cinis cum cera, fimum ovium, sanguis recens murinus inlitus vel ipse mus divolsus, irenacei fel, caput lacertae vel sanguis vel cinis totius, membrana senectutis anguium, fimum gallinae cum[1] oleo ac nitro. cantharides cum uva taminia intritae exedunt, sed ita erosas aliis quae ad persananda ulcera demonstravimus curari oportet.
82 XXIV. Nunc praevertemur ad ea quae totis corporibus metuenda sunt. fel canis nigri masculi amuletum esse dicunt Magi domus totius suffitae eo purificataeve contra omnia mala medicamenta, item sanguinem[2] canis respersis parietibus genitaleque[3] eius sub limine ianuae defossum.[4] minus mirentur hoc qui sciunt foedissimum animalium in quantum magnificent ricinum, quoniam uni nullus sit exitus saginae nec finis alia quam morte, diutius in fame viventi. septenis ita diebus durasse tradunt, at in
83 satietate paucioribus dehiscere; hunc ex aure sinistra canis omnes dolores sedare adalligatum. indicium

[1] gallinae cum *Mayhoff*: gallinaceum (*sine* cum) *Detlefsen et* VE: gallinaceum cum R d.
[2] sanguinem V, *Detlefsen, Mayhoff*: sanguine *plerique codd.*
[3] genitaleque *Sillig, Detlefsen, Mayhoff*: genitalique *codd.*
[4] defossum *Detlefsen, Mayhoff, multi codd.*: defosso d (?) E.

---

[a] I have kept with misgiving the readings of both Detlefsen and Mayhoff: ablatives absolute are perhaps more likely, for

the feet by applying the urine of a mule, male or female, with the mud made by it, by the dung of sheep, by the liver or blood of a green lizard laid on a piece of wool, by earth-worms in oil, by the head of a spotted lizard with an equal quantity of *agnus castus* beaten up in oil, by pigeon's dung boiled down in vinegar; all kinds of warts are cured by fresh dog's urine applied with its mud, by the ash of dog's dung with wax, by the dung of sheep, by the application of fresh mouse-blood, or of a mouse itself torn asunder, by the gall of a hedgehog, by the head or blood of a lizard or the ash of the whole creature, by the slough of snakes, or by the dung of a hen with oil and soda. Cantharides beaten up with Taminian grapes eat away warts, but when corroded in this way they must be treated by the other remedies I have prescribed for the complete healing of ulcers.

Diseases of the whole body.

XXIV. Now I will turn to those ills that threaten the whole body. The Magi say that the gall of a black male dog, if a house is fumigated or purified with it, acts as a talisman protecting all of it from sorcerers' potions; it is the same if the inner walls are sprinkled with the dog's blood or his genital [a] organ is buried under the threshold of the front door. Those would wonder less at this who know how highly the Magi extol that very loathsome animal the tick, on the ground that it is the only creature that has no vent for its gorging, nor yet any end save at death, living longer if it starves; they tell us that so it lasts for seven days, but if they eat to satiety they burst in a shorter time. They add that a tick from the left ear of a dog, worn as an amulet, relieves all

que after a short *e* is most unusual. See Önnerfors, *Pliniana* p. 164.

in augurio vitalium habent, nam si aeger ei respondeat qui intulerit a pedibus stanti interrogantique de morbo, spem vitae certam esse, moriturum nihil respondere. adiciunt ut evellatur ex aure laeva
84 canis cui non sit alius quam niger color. Nigidius fugere toto die canes conspectum eius qui e sue id animal evellerit scriptum reliquit. rursus Magi tradunt lymphatos sanguinis talpae adspersu resipiscere, eos vero qui a nocturnis diis Faunisque agitentur draconis lingua et oculis et felle intestinisque in vino et oleo decoctis ac sub diu nocte refrigeratis perunctionibus matutinis vespertinisque liberari.

85 XXV. Perfrictionibus remedio esse tradit Nicander amphisbaenam serpentem mortuam adalligatam vel pellem tantum eius, quin immo arbori quae caedatur adalligata non algere caedentes faciliusque sic caedere. ita[1] sola serpentium frigori se committit, prima omnium procedens et ante cuculi cantum. aliud est cuculo miraculum: quo quis loco primum audiat alitem illam si dexter pes circumscribatur ac vestigium id effodiatur, non gigni pulices ubicumque spargatur.

86 XXVI. Paralysim caventibus pinguia glirium decoctorum et soricum utilissima tradunt esse, milipedas ut in angina diximus potas; phthisim sentientibus[2] lacertam viridem decoctam in vini sextariis

[1] ita E: itaque VRd *vulg.*: ista *Detlefsen*: ita. quae *Mayhoff.*

[2] *Post* sentientibus *dist. plerique editores*; *post* potas *cum Pl. iun. et Marcello Mayhoff.*

---

[a] *Theriaca* 377 foll. So named because it could move backwards or forwards.

[b] § 35.

pains. They also consider the tick a prognostication of life or death, for if the patient at the beginning of his illness makes reply when he who has brought in with him a tick, standing at his feet inquires about the illness, there is sure hope of recovery; should no reply be made the patient will die. They add that the tick must be taken from the left ear of a dog that is completely black all over. Nigidius has left it in writing that dogs run away for a whole day from the sight of one who has caught a tick on a pig. Again, the Magi tell us that sprinkling with mole's blood restores to their senses the delirious, while those who are haunted by night ghosts and goblins are freed from their terrors if tongue, eyes, gall, and intestines of a python are boiled down in wine and oil, cooled by night in the open air, and used as embrocation night and morning.

XXV. For feverish chills Nicander gives as a remedy a dead serpent, the amphisbaena,[a] worn as an amulet, or even its skin; nay, he says that, if it is fastened to a tree that is being felled, the fellers feel no cold and do their business more easily. So much does this, alone of serpents, stand up to the cold, being the first of all serpents to make its appearance, even before the cry of the cuckoo. One wonderful thing about the cuckoo is, that if, on the spot where that bird is heard for the first time, the print of the right foot is marked round and the earth dug out, no fleas breed wherever it is sprinkled. *Chills.*

XXVI. For those warding off paralysis the fats of decocted dormice and shrew mice are said to be very beneficial, as also millepedes taken in drink as I have prescribed[b] for quinsy; for consumptives a green lizard boiled down in three sextarii of wine to one *Paralysis.*

tribus ad cyathum unum, singulis coclearibus sumptis
per dies donec convalescant, coclearum cinerem
87 potum in vino, XXVII. comitialibus morbis oesy-
pum cum murrae momento et vini cyathis duobus
dilutum magnitudine nucis abellanae, a balneo
potum, testiculos arietinos inveteratos tritosque
dimidio denarii pondere in aquae vel lactis asinini
hemina. interdicitur vini potus quinis diebus ante
88 et postea. magnifice laudatur et sanguis pecudum
potus, item fel cum melle, praecipue agninum, catulus
lactens sumptus absciso capite pedibusque ex vino et
murra, lichen mulae potus in oxymelite cyathis tribus,
stelionis transmarini cinis potus in aceto, tunicula
stelionis, quam eodem modo ut anguis exuit, in potu.
quidam et ipsum harundine exinteratum invetera-
tumque bibendum dederunt, alii, in cibo ligneis veri-
89 bus inassatum. operae pretium est scire quomodo
praeripiatur, cum exuatur, membrana hiberna alias
devoranti eam, quoniam nullum animal fraudulentius
invidere homini tradunt, inde stelionum nomine in
maledictum translato. observant cubile eius aestati-
bus—est autem in loricis ostiorum fenestrarumque
aut camaris sepulchrisve—ibi vere incipiente fissis
harundinibus textas opponunt ceu nassas [1] quarum
angustiis etiam gaudet, eo facilius exuens circum-
datum torporem. sed relicto non potest remeare.
90 nihil ei remedio in comitialibus morbis praefertur.
prodest et cerebrum mustelae inveteratum potum-

[1] ceu nassas *Mayhoff*: casas *vulg., Detlefsen*: quassas *codd.*

---

[a] A metaphorical meaning of *stelio* is "crafty person," or "knave."

[b] Mayhoff makes a good emendation, for *nassa* was a funnel-shaped trap into which fish could enter but from which they could not escape.

cyathus, the daily dose being one spoonful until convalescence, or the ash of snails taken in wine; XXVII. for epilepsy wool-grease with a morsel of myrrh, diluted with two cyathi of wine, a piece the size of a hazel nut being taken in drink, after the bath, or the testicles of a ram dried and pounded, half a denarius by weight being taken in a hemina of water or of ass's milk; to drink wine is forbidden for five days before and after. Very highly praised also is the blood of sheep, taken by the mouth, the gall of sheep, especially of a lamb, with honey, a sucking puppy taken in wine and myrrh after the head and feet have been cut off, the excrescence on the leg of a she-mule taken in three cyathi of oxymel, the ash of a spotted lizard from overseas taken in vinegar, the coat of a spotted lizard, which it casts in the same way as a snake, taken in drink. Some have also given in drink the lizard itself, gutted with a reed and dried, others in food the lizard roasted on wooden spits. It is worth while knowing how, when cast, the winter skin is hastily taken from the lizard, which otherwise devours it, for no living creature, they say, shows greater spite in cheating man, for which reason its name [a] has been turned into a term of abuse. They note in the summer time its nest, which is in the cornices over doors and windows, or in vaults or tombs. Over against the nest in the beginning of spring they place cages like weels [b] woven with split reeds, the narrow neck of which gives the creature actual delight, as thereby it casts off more easily the encumbrance of its covering, but when this has been left no return is possible. No remedy for epilepsy is preferred to this. A good one too is a weasel's brain dried and taken in drink, or a

que et iocur eius, testiculi volvaeque aut ventriculus inveteratus cum coriandro, ut diximus, item cinis, silvestris vero tota in cibo sumpta. eadem omnia praedicantur ex viverra. lacerta viridis cum condimentis quae fastidium abstergeant, ablatis pedibus et capite, coclearum cinis addito semine lini et
91 urticae cum melle unctu sanant. Magis placet draconis cauda in pelle dorcadis adalligata cervinis nervis vel lapilli e ventre hirundinum pullorum sinistro lacerto adnexi. dicuntur enim excluso pullo lapillum dare. quod si pullus is detur in cibo, quem primum pepererit, cum quis primum temptatus sit, liberatur eo malo. postea medetur hirundinum sanguis cum ture vel cor recens devoratum. quin et e nido earum lapillus inpositus recreare dicitur
92 confestim et adalligatus in perpetuum tueri. praedicatur et iocur milvi devoratum et senectus serpentium, iocur vulturis tritum cum suo sanguine ter septenis diebus potum, cor pulli vulturini adalligatum. sed et ipsum vulturem in cibo dari iubent et quidem satiatum humano cadavere. quidam pectus eius bibendum censent in cerrino calice, aut testes gallinacei ex aqua et lacte, antecedente quinque dierum abstinentia vini, ob id inveteratos.[1] fuere et qui viginti unam muscas rufas, et quidem a mortuo,[2] in potu darent, infirmioribus pauciores.

[1] inveteratos *vulg.*: inveterant *Mayhoff*: inveterate *aut* inveteratae *codd.*

[2] a mortuo Er *Detlefsen*, *Mayhoff*: mortuas *Sillig.*

[a] Pliny XXIX. § 60.

[b] The verb *devorare*, literally to swallow or devour, seems sometimes, at least in Pliny, to be a synonym of *edere*.

[c] With the reading *mortuas*: "dead flies."

weasel's liver, testicles, uterus, or paunch, dried with coriander, as I have said [a]; likewise its ash, or a wild weasel taken whole in food. All the same good qualities are praised in the ferret. A green lizard, with seasonings to banish any nausea, the feet and head being taken off, and an application of snails, reduced to ash, with linseed, nettle seed, and honey, are also cures. The Magi recommend the tail of a python attached as an amulet in gazelle skin by deer sinews, or the bits of stone from the crops of baby swallows fastened to the left upper arm; for swallows are said to administer a bit of stone to each chick when hatched. But if, at the first attack of epilepsy, the chick from the first egg laid is given to the patient in food, he is freed from that complaint; afterwards the treatment is swallows' blood with frankincense, or eating [b] a fresh swallow's heart. Moreover, a little stone, taken from a swallow's nest and laid on the patient, is said to give immediate relief, and worn as an amulet permanent protection. Highly praised also is eating a kite's liver or a snake's slough, a vulture's liver pounded with its blood and taken in drink for thrice seven days, or the heart of a vulture's chick worn as an amulet. But they recommend also the vulture itself to be given in food, and that too when it has eaten its fill from a human corpse. Some are of opinion that a vulture's breast should be taken in drink in a cup made of Turkey-oak wood, or the testicles of a cock in water and milk, after abstinence from wine for five days; for this purpose the testicles are preserved. There have also been some who gave in drink twenty-one red flies, and that too from a corpse,[c] but fewer to weak patients.

93 XXVIII. Morbo regio resistunt sordes aurium aut
mammarum pecudis denarii pondere cum murrae
momento et vini cyathis duobus, canini capitis cinis
in mulso, multipeda in vini hemina, vermes terreni
in aceto mulso cum murra, gallina, si sit luteis pedi-
bus, prius aqua purificatis, dein collutis vino quod
94 bibatur, cerebrum perdicis aut aquilae in vini cyathis
tribus, cinis plumarum aut interaneorum palumbis in
mulso ad coclearia tria, passerum cinis sarmentis
crematorum coclearibus duobus in aqua mulsa.
avis icterus vocatur a colore. quae si spectetur, sanari
id malum tradunt et avem mori. hanc puto Latine
vocari galgulum.

95 XXIX. Phreneticis prodesse videtur pulmo pecu-
dum calidus circa caput alligatus. nam muris cere-
brum dare potui ex aqua aut cinerem mustelae vel
etiam inveteratas carnes irenacei quis possit furenti,
etiamsi certa sit medicina? bubonis quidem ocu-
lorum cinerem inter ea quibus prodigiose vitam ludi-
ficantur acceperim, praecipueque febrium medicina
96 placitis eorum renuntiat. namque et in duodecim
signa digessere eam sole transmeante iterumque luna,
quod totum abdicandum paucis exemplis docebo,
siquidem crematis tritisque cum oleo perungui
iubent aegros, cum geminos transit sol, cristis et

[a] The golden oriole.

XXVIII. Jaundice is combated by dirt from the ears or teats of a sheep, the dose being a denarius by weight with a morsel of myrrh and two cyathi of wine, by the ash of a dog's head in honey wine, by a millepede in a hemina of wine, by earthworms in oxymel with myrrh, by drinking wine that has rinsed a hen's feet—they must be yellow—after they have been cleansed with water, by the brain of a partridge or eagle taken in three cyathi of wine, by the ash of the feathers or intestines of a wood-pigeon taken in honey wine up to three spoonfuls, or by the ash of sparrows burnt over twigs taken in two spoonfuls of hydromel. There is a bird called "jaundice" from its colour. If one with jaundice looks at it, he is cured, we are told, of that complaint and the bird dies. I think that this bird is the one called in Latin "galgulus." [a]

Cures for jaundice.

XXIX. For brain-fever appears to be beneficial a sheep's lung wrapped warm round the patient's head. But who could give to one delirious the brain of a mouse to be taken in water, or the ash of a weasel, or even the dried flesh of a hedgehog, even if the treatment were bound to be successful? As for the eyes of the horned owl reduced to ash, I should be inclined to count this remedy as one of the frauds with which magicians mock mankind, and it is especially in fevers that true medicine is opposed to the doctrines of these quacks. For they have actually divided the art according to the passing of the sun, and also that of the moon, through the twelve signs of the Zodiac. That the whole theory should be rejected I will show by a few examples. If the sun is passing through Gemini, they recommend the sick to be rubbed with the combs, ears, and

Phrenitis, etc., Magical cures.

auribus et unguibus gallinaceorum, si luna, radiis
97 barbisque eorum; si virginem alteruter, hordei
granis, si sagittarium, vespertilionis alis, si leonem
luna, tamaricis fronde, et adiciunt sativae, si aquarium,
e buxo carbonibus tritis. ex istis confessa aut
certe verisimilia ponemus, sicuti lethargum olfactoriis
excitari et inter ea fortassis mustelae testiculis
inveteratis[1] aut iocinere usto. his quoque pulmonem
pecudis calidum circa caput adalligari putant utile.

98 XXX. In quartanis medicina clinice propemodum
nihil pollet. quamobrem plura eorum[2] remedia
ponemus primumque ea quae adalligari iubent:
pulverem in quo se accipiter volutaverit lino rutilo in
linteolo, canis nigri dentem longissimum. pseudosphecem
vocant vespam quae singularis volitat, hanc
sinistra manu adprehensam subnectunt, alii vero
quam quis eo anno viderit primam, viperae caput
abscissum in linteolo vel cor viventi exemptum,
99 muris rostellum auriculasque summas russeo panno
ipsumque dimittunt, lacertae vivae dextrum oculum
effossum, muscam capite suo deciso in pellicula
caprina, scarabaeum qui pilulas volvit. propter
hunc Aegypti magna pars scarabaeos inter numina
colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat
Solis operum similitudinem huic animali esse, ad

[1] inveteratis *vulg.*, *Mayhoff*: inveteratum *codd.*, *Detlefsen*.
[2] eorum] Magorum *coni. Warmington.*

[a] See List of Diseases.
[b] Literally: "bed-side medicine."
[c] "Bastard wasp."

claws of cocks, burnt and pounded with oil; if it is the moon, the cocks' spurs and wattles must be used. If either sun or moon is passing through Virgo, grains of barley must be used; if through Sagittarius, a bat's wings; if the moon is passing through Leo, leaves of tamarisk, and they add that it must be the cultivated shrub; if through Aquarius, boxwood charcoal, pounded. Of these remedies I shall include only those recognised. or at least thought probable: for example, to rouse the victims of lethargus [a] by pungent smells, among which perhaps I would put the dried testicles of a weasel or the fumes of his burnt liver. For these patients also they consider it useful to wrap round the head the warm lung of a sheep.

XXX. In quartans ordinary medicines [b] are practically useless; for which reason I shall include several of the magicians' remedies, and in the first place the amulets they recommend: the dust in which a hawk has rolled himself tied in a linen cloth by a red thread, or the longest tooth of a black dog. The wasp they call pseudosphex,[c] that flies about by itself, they catch with the left hand and hang under the chin, and others use the first wasp seen in that year; a severed viper's head attached in a linen cloth, or the heart taken from the creature while still alive; the snout and ear tips of a mouse, wrapped in red cloth, the mouse itself being allowed to go free; the right eye gouged out of a living lizard; a fly in a bit of goat skin, with its head cut off; or the beetle that rolls little pellets. Because of this beetle the greater part of Egypt worships the beetle as one of its deities. Apion gives an erudite explanation: he infers that this creature resembles the sun and *Quartans.*

100 excusandos gentis suae ritus. sed et alios adalli-
gant Magi: cui sunt cornicula reflexa, sinistra manu
collectum; tertium, qui vocatur fullo, albis guttis,
dissectum utrique lacerto adalligant, cetera sinistro;
cor anguium sinistra manu exemptum viventibus,
scorpionis caudae quattuor articulos cum aculeo,
panno nigro, ita ut nec scorpionem dimissum nec eum
qui adalligaverit videat aeger triduo, post tertium
101 circuitum id condat. erucam in linteolo ter lino cir-
cumdant totidem nodis ad singulos dicente quare
faciat qui medebitur, limacem in pellicula vel quat-
tuor limacum capita praecisa harundine, multi-
pedam lana involutam, vermiculos ex quibus tabani
fiunt, antequam pennas germinent, alios e spinosis
frutectis lanuginosos. quidam ex illis quaternos
102 inclusos iuglandis nucis putamine adalligant. cocleas
quae nudae inveniuntur, stelionem inclusum [1] cap-
sulis subiciunt capiti et sub decessu febris emittunt.
devorari autem iubent cor mergi marini sine ferro
exemptum inveteratumque conteri et in calida aqua
bibi, hirundinum corda cum melle, alii fimum
drachma una in lactis caprini vel ovilli vel passo
cyathis tribus ante accessiones, sunt qui totas cen-
103 seant devorandas. aspidis cutem pondere sexta

[1] inclusum d(?) *vulg.*: inclusos *Detlefsen*: cum incluserunt *Mayhoff*: incluserant VRE.

[a] "The fuller."

[b] The plural *capsulis* because two kinds of amulet are referred to.

its revolutions, seeking to find an excuse for the religious customs of his race. But the Magi also make amulets of other beetles. There is one with bent-back little horns, which they take up in the left hand; a third kind, called *fullo*,[a] with white spots, they cut in two and wear as an amulet on either upper arm; all the rest are worn on the left arm; the heart, taken out with the left hand from a living snake; four joints of a scorpion's tail, with the sting, wrapped in black cloth, care being taken that the sick man does not see, for three days, either the scorpion when set free or him who attaches the amulet; after the third paroxysm he must hide it away. They tie a thread three times round a caterpillar in a linen cloth, and with three knots, the ministering attendant saying at each knot the reason for so doing. Other amulets are: a slug in a piece of skin, or four slugs' heads cut off with a reed, a multipede wrapped up in wool, the grubs from which gad-flies are born, before they develop wings, or other hairy grubs found on thorny bushes. Some shut up four of these grubs in a walnut shell and attach as an amulet. Snails that are found without shells, or a spotted lizard shut up in a little box,[b] they place under the patient's head and let out when the fever goes down. They also recommend the heart of a sea-diver, cut out without iron, dried and pounded, to be taken in warm water, or the hearts of swallows with honey; others swallows' dung in doses of one drachma in three cyathi of goat's or sheep's milk or in raisin wine, to be taken before the paroxysms. Some hold that the entire swallow should be taken. An asp's skin, in doses of one sixth of a denarius by weight with an equal quantity

parte denarii cum piperis pari modo Parthorum gentes in remedium quartanae bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phryganion adalligatum remedio esse quartanis. quod esset animal neque ille descripsit nec nos invenimus qui novisset. demonstrandum tamen fuit a tam gravi auctore dictum, si cuius cura
104 efficacior esset inquirendi. cornicis carnes esse et nidum [1] inlinere in longis morbis utilissimum putant. et in tertianis fiat potestas experiendi, quoniam miserias copia spei delectat, anne aranei, quem lycon vocant, tela cum ipso in spleniolo resinae ceraeque inposita utrisque temporibus et fronti prosit, aut ipse calamo adalligatus, qualiter et aliis febribus prodesse traditur, item lacerta viridis adalligata viva in eo vase quod capiat, quo genere et recidivas frequenter abigi adfirmant.

105 XXXI. Hydropicis oesypum ex vino addita murra modice potui datur, nucis abellanae magnitudine. aliqui addunt et anserinum adipem ex vino myrteo. sordes ab uberibus ovium eundem effectum habent, item carnes inveteratae irenacei sumptae. vomitus quoque canum inlitus ventri aquam trahere promittitur.

106 XXXII. Igni sacro medetur oesypum cum pompholyge et rosaceo, ricini sanguis, vermes terreni ex aceto inliti, grillus contritus in manibus—quo genere praestat ut qui id fecerit, antequam incipiat

[1] nidum] *coni.* fimum *Warmington.*

[a] Chrysippus of Soli was the third head of the Stoic school.
[b] With Warmington's emendation: "dung."

of pepper, is taken by Parthian tribes as a cure for a quartan. Chrysippus [a] the philosopher has told us that wearing a phryganion as an amulet is a cure for quartans: but what the animal is Chrysippus has left no account, and I have met nobody who knew. Yet a statement made by so great an authority it was necessary to mention, in case somebody's research should meet with better success. To eat the flesh of a crow or to apply its nest [b] as a friction they think very beneficial in chronic diseases. In tertians too it may be worth while to try whether there is any benefit (so much does suffering delight in hoping against hope) in the spider called *lycos* (wolf) applied with its web in a small plaster of resin and the wax to both temples and to the forehead, or in the spider itself attached as an amulet in a reed, in which form it is also said to be beneficial for other fevers. A green lizard too may be tried, attached alive, in a vessel just large enough to contain it; by which method we are assured that recurrent fevers also are often banished.

XXXI. For dropsy is given in drink wool grease in wine mixed with a little myrrh, in doses the size of a hazel nut. Some also add goose grease in myrtle wine. The dirt from the udders of sheep has the same effect, as has the dried flesh of a hedgehog taken by the mouth. An application too of dogs' vomit to the abdomen brings away, we are assured, the dropsical fluid. *Dropsy.*

XXXII. Erysipelas is benefited by wool grease with pompholyx and rose oil, by the blood of a tick, by earth-worms applied in vinegar, by a cricket crushed between the hands—he who succeeds in doing this before the complaint shows itself is pro- *Erysipelas.*

vitium, † toto eo anno accidat; †[1] oportet autem eum ferro cum terra cavernae suae tolli—anseris adeps, viperae caput aridum adservatum et combustum, dein ex aceto inpositum, senectus serpentium ex aqua inlita a balneo cum bitumine et sebo agnino.

107 XXXIII. Carbunculus fimo columbino aboletur per se inlito vel cum lini semine ex aceto mulso, item apibus quae in melle sint mortuae inpositis polentaque inspersa.[2] si in verendis sit ceterisque ibi ulceribus occurrit ex melle oesypum cum plumbi squamis, item fimum pecudum incipientibus carbunculis. tubera et quaecumque molliri opus sit efficacissime anserino adipe curantur, idem praestat et gruum adeps.

108 XXXIV. Furunculis mederi dicitur araneus priusquam nominetur[3] inpositus et tertio die solutus, mus araneus pendens enecatus sic ut terram ne postea attingat, ter circumlatus furunculo, totiens expuentibus medente et cui is medebitur, ex gallinaceo fimo quod est rufum maxime recens inlitum ex aceto, ventriculus ciconiae ex vino decoctus, muscae inpari numero infricatae digito medico, sordes ex pecudum auriculis, sebum ovium vetus cum cinere

[1] toto eo anno accidat] *obelos ego addo*: toto eo anno non accipiat *Detlefsen*: toto ei anno non accidat *Mayhoff*, *qui* ne *pro* ut *ante* qui *coni.*

[2] inspersa *Detlefsen*: inposita insuper *Mayhoff*: inposita inspersa *codd.* (si *add.* E).

[3] nominetur *codd.*, *Mayhoff*: stamen netur *Detlefsen.*

[a] With the MSS. reading *accidat* there is required a dative, but Mayhoff's *ei* is strangely placed, while Detlefsen's *accipiat* is not very attractive. Mayhoff's *ne* for *ut* would obviate the addition of *non*. Warmington translates: " in this connection it guarantees that he who succeeds in doing this. . . ."

tected from an attack for the whole of that year,[a] but the cricket must be lifted with iron along with the earth of its hole—by goose grease, by the head of a viper, kept till dry, burnt, and then applied in vinegar, by a serpent's slough applied in water with bitumen and lamb suet after a bath.

XXXIII. A carbuncle is removed by pigeon's dung, applied by itself or with linseed in oxymel, also by bees that have died in honey, applied and sprinkled with pearl barley. If a carbuncle or other sore is on the privates, the remedy is wool grease with lead scales [b] in honey, and sheep dung for incipient carbuncles. Hard swellings and whatever needs to be softened are treated very efficaciously with goose grease, and equally good results are also given by the grease of cranes. *Carbuncles.*

XXXIV. Boils are said to be cured by a spider, applied before its name has been mentioned [c] and taken off on the third day, by a shrew mouse, killed and hung up so that it does not touch earth after death, and passed three times round the boil, both the attendant and the patient spitting the same number of times, by the red part of poultry dung, best applied fresh in vinegar, by a stork's crop boiled down in wine, by an odd number of flies rubbed on with the medical finger [d] by dirt from the ears of sheep, by stale mutton [e] suet with the ash of woman's *Boils.*

[b] Some oxide of lead.

[c] With Detlefsen's emendation: "before its web is spun." This is a clever conjecture, but we should expect the subjunctive, while "naming" is not unusual in magical remedies.

[d] The finger next the little finger.

[e] Perhaps here "suet of ewes," because of *pecudum* preceding. See § 123.

capilli mulierum, sebum arietis cum cinere pumicis et salis pari pondere.

109 XXXV. Ambustis canini capitis cinis medetur, item glirium cum oleo, fimum ovium cum cera, murium cinis, coclearum quoque sic ut ne cicatrix quidem appareat, adips viperinus, fimi columbini
110 cinis ex oleo inlitus, XXXVI. nervorum nodis capitis viperini cinis in oleo cyprino, terreni vermes cum melle inliti. dolores eorum ⟨sedat . . .⟩[1] adips, amphisbaena mortua adalligata, adips vulturinus cum ventre arefactus tritusque cum adipe suillo inveterato, cinis e capite bubonis in mulso potus cum lilii radice, si Magis credimus. in contractione nervorum caro palumbina in cibis prodest [et][2] inveterata, irenacei spasticis, item mustelae cinis—serpentium senectus in pelle taurina adalligata spasmos fieri prohibet—opisthotonicis milvi iocur aridum tribus obolis in aquae mulsae cyathis tribus potum.

111 XXXVII. Reduvias et quae in digitis nascuntur pterygia tollunt canini capitis cinis aut vulva decocta in oleo, superinlito butyro ovillo cum melle, item folliculus cuiuslibet animalium fellis, unguium scabritiam cantharides cum pice tertio die solutae aut locustae frictae cum sebo hircino, pecudum sebum.

[1] sedat . . . *add. Mayhoff.*
[2] et *delere velim.*

---

[a] Here the name of an animal must be supplied.
[b] If *et* is kept it must, I think, mean "even." But it seems to be a duplication from *-est*.

hair, and by ram's suet with ash of burnt pumice and an equal quantity of salt.

XXXV. Burns are treated with ash of a dog's head, the ash of dormice and oil, sheep dung and wax, the the ash of mice; with the ash of snails so well that not even a scar is to be seen, with viper fat, and with the ash of pigeon's dung applied in oil. XXXVI. Hard lumps in the sinews are treated with the ash of a viper's head in cyprus oil, and by an application of earth-worms and honey. Pains in the sinews ⟨are soothed by . . .⟩ [a] fat, by a dead amphisbaena attached as an amulet, by vulture's fat with its crop, dried and pounded with stale pig's fat, by the ash of a horned-owl's head taken in honey wine with the root of a lily, if we believe the Magi. For cramp in the sinews wood-pigeon's flesh dried and [b] taken in the food, for cramping spasms hedgehog's flesh, also the ash of a weasel—a serpent's slough attached as an amulet in a piece of bull's leather prevents such spasms [c]—for opisthotonic tetanus the dried liver of a kite, the dose being three oboli taken in three cyathi of hydromel. *Burns.*

XXXVII. Hangnails and whitlows that form on the fingers [d] are removed by the ash of a dog's head, or by the uterus boiled down in oil, with a layer on top of butter from ewe's milk with honey, as also by the gall bladder of any animal: roughness of the nails by cantharides and pitch, taken off on the third day, or by locusts fried with he-goat suet, and by mutton suet. Some mix with the ingredients *Hangnails.*

[c] Detlefsen's parenthesis seems the best way of treating this clumsy sentence.

[d] This clause is added because *pterygium* may mean an eye affection. See List of Diseases.

aliqui miscent viscum et porcillacam, alii aeris florem et viscum ita ut tertio die solvant.

112 XXXVIII. Sanguinem sistit in naribus sebum ex omento pecudum inditum, item coagulum ex aqua, maxime agninum subductum vel infusum, etiam si alia non prosint, adips anserinus cum butyro pari pondere pastillis ingestus, coclearum terrena, sed et ipsae extractae testis; e naribus fluentem cocleae contritae fronti inlitae, aranei telae, gallinacei cerebellum vel sanguis profluvia ex cerebro, item columbinus ob id servatus concretusque. si vero ex vulnere inmodice fluat, fimi caballini cum putaminibus ovorum cremati cinis inpositus mire sistit.

113 XXXIX. Ulceribus medetur oesypum cum hordei cinere et aerugine aequis partibus, ad carcinomata quoque ac serpentia valet. erodit et ulcerum margines, carnesque exscrescentes ad aequalitatem redigit. explet quoque et ad cicatricem perducit. magna vis et in cinere pecudum fimi ad carcinomata, addito nitro, aut in cinere ex ossibus feminum agninorum, praecipue in his ulceribus quae cicatricem non trahunt, magna et pulmonibus, praecipue arietum: carnes excrescentes in ulceribus ad aequalitatem

114 efficacissime reducunt; fimo quoque ipso ovium sub testo calefacto et subacto tumor vulnerum sedatur, fistulae purgantur sananturque, item epinyctides. summa vero in canini capitis cinere: excrescentia

---

[a] Red oxide of copper.

[b] If there is any difference between *in naribus* here and *ex naribus* a few lines further on (this repetition may be carelessness), the second will denote a more violent flow of blood.

[c] I.e. from the skull.

[d] Night rashes. See List of Diseases.

mistletoe and purslane, others flowers of copper [a] and mistletoe, but remove the application on the third day.

XXXVIII. Bleeding in the nostrils [b] is arrested by inserting suet from the cawl of a sheep, also by its rennet in water, especially by lamb's rennet, snuffed up or injected, even if other remedies do no good, by goose grease with an equal quantity of butter worked up into lozenges, by the earth off snails, but also by the actual snails themselves, taken from their shells; but when there is severe epistaxis it is stayed by snails beaten up and applied to the forehead, and also by spider's web; by the brain or blood of a cock are arrested fluxes from the brain,[c] also by pigeon's blood; it is stored and congealed for this purpose. If however there is violent haemorrhage from a wound, it is wonderfully arrested by an application of the ash of horse-dung burnt with egg shells. *Epistaxis.*

XXXIX. Ulcers are healed by wool grease, barley ash, and copper rust, in equal parts; this is also equally efficacious for carcinomata and spreading sores. It cauterizes too the edges of ulcers, and levels out excrescences in the flesh; it also fills up hollows and forms scars. There is also great power to heal carcinomata in the ash of sheep's dung with soda added, or in the ash of a lamb's thigh bones, especially when ulcers refuse to cicatrize. There is great power too in the lungs, especially those of rams, which flatten out very efficaciously excrescences of flesh on ulcers; ewe dung too by itself, warmed under an earthen jar and kneaded, reduces swollen wounds, and cleans and heals fistulas and epinyctides.[d] The greatest power, however, is in the ash of a dog's head, which cauterizes and *Ulcers.*

omnia spodii vice erodit ac persanat. et murino
fimo eroduntur, item mustelae fimi cinere. duritias
in alto ulcerum et carcinomata persequitur multipeda
trita admixta resina terebinthina et sinopide. eadem
utilissima sunt in his ulceribus quae vermibus peri-
115 clitentur. quin et vermium ipsorum genera miran-
dos usus habent. cosses qui in ligno nascuntur sanant
ulcera omnia, nomas vero combusti cum pari pondere
anesi ex oleo inliti. vulnera recentia conglutinant
terreni adeo ut nervos quoque abscisos inlitis solidari
intra septimum diem persuasum sit; itaque in melle
servandos censent. cinis eorum margines ulcerum
duriores absumit cum pice liquida vel symphyto et
116 melle. quidam arefactis in sole ad vulnera ex aceto
utuntur nec solvunt nisi biduo intermisso. eadem
ratione et coclearum terrena prosunt, totaeque
exemptae recentia vulnera tusae inpositae con-
glutinant et nomas sistunt. herpes quoque animal a
Graecis vocatur quo praecipue sanantur quaecumque
serpunt. cocleae quoque prosunt eis cum testis suis
tusae, cum murra quidem et ture etiam praecisos
117 nervos sanare dicuntur. draconum quoque adeps sic-
catus in sole magnopere prodest, item gallinacei cere-
brum recentibus plagis. sale viperino in cibo sumpto
tradunt et ulcera tractabiliora fieri ac celerius sanari.
Antonius quidem medicus cum incidisset insanabilia
ulcera, viperas edendas dabat miraque celeritate per-

[a] See List of Diseases.

[b] Perhaps: "on the same principle."

[c] See List of Diseases.

[d] It means "the creeper." Unidentified.

[e] The salt in which vipers were preserved. Has *sale* arisen from *sole* above?

thoroughly heals all excrescences as well as does spodium. These are cauterized too by mouse dung, and also by the ash of weasel's dung. Indurations in deep-seated ulcers and carcinomata are penetrated by multipedes pounded and mixed with terebinth resin and earth of Sinope. The same remedies are very useful for those ulcers that are threatened by worms. Moreover, the various kinds of worms themselves have wonderful uses. The larvae that breed in wood heal all ulcers; and *nomae* [a] too if burnt with an equal weight of anise and applied in oil. Fresh wounds are united so well by earth worms that there is a general conviction that even severed sinews are by applying them made whole by the seventh day; accordingly it is thought that they should be preserved in honey. Their ash with liquid pitch or symphytum and honey removes too-hard edges of ulcers. Some dry them in the sun, use in vinegar to treat wounds, and do not take them off without an interval of two days. Used in the same way [b] the earth too off snails is beneficial, and snails taken out whole, beaten up, and applied, unite fresh wounds and arrest *nomae*.[c] There is also an insect called by the Greeks *herpes*,[d] which is specific for all creeping ulcers. Snails also are good for them, beaten up with their shells; with myrrh indeed and frankincense they are said to heal even severed sinews. The fat of a python also, dried in the sun, is of great benefit, as is a cock's brain for fresh wounds. By viper's salt [e] taken in food we are told that ulcers become more amenable to treatment and heal more rapidly. Indeed the physician Antonius after operating on ulcers without success gave vipers as food to bring about complete cures

sanabat. trixallidum cinis margines ulcerum duros aufert cum melle, item fimi columbini cinis cum arrhenico et melle; eadem[1] quae erodenda sunt.
118 bubonis cerebrum cum adipe anserino mire vulnera[2] dicitur glutinare, quae vero vocantur cacoethe cinis feminum arietis cum lacte muliebri, diligenter prius elutis linteolis, ulula avis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ovillum et mel. ulcerum labra duriora apes in melle mortuae emolliunt, et elephantiasin sanguis et cinis mustelae. verberum vulnera atque vibices pellibus ovium recentibus inpositis obliterantur.

119 XL. Articulorum fracturis cinis feminum pecudis peculiariter medetur cum cera—efficacius idem medicamentum fit maxillis simul ustis cornuque cervino et cera mollita rosaceo—ossibus fractis caninum cerebrum linteolo inlito, superpositis lanis quae subinde[3] subfundantur, fere XIIII diebus solidat, nec tardius cinis silvestris muris cum melle aut vermium terrenorum, qui et ossa extrahit.

120 XLI. Cicatrices ad colorem reducit pecudum pulmo, praecipue ex ariete, sebum ex nitro, lacertae viridis cinis, vernatio anguium ex vino decocta,

[1] eadem quae erodenda sunt *codd.*: ea quae erodenda sunt *vulg.*, *Detlefsen*: eademque erodentia sunt *Mayhoff*.

[2] vulnera *codd. et edd.*: ulcera *coni. Mayhoff*.

[3] *Inter* subinde *et* subfundantur *add.* oleo *Mayhoff*: subinde oleo fundantur *coni. Warmington*.

with wonderful rapidity. The ash of the trixallis[a] with honey removes hard edges on ulcers, as does ash of pigeon's dung with arsenic and honey; these also remove all that needs a cautery.[b] The brain of a horned owl with goose grease is said to unite wounds wonderfully, as, with woman's milk, does the ash of a ram's thighs the ulcers called malignant, but the cloths must be first carefully washed, or the screech owl boiled in oil, with which when melted down are mixed ewe butter and honey. The lips of ulcers that are too hard are softened by bees that have died in honey, and elephantiasis by the blood and ash of a weasel. Wounds and weals made by the scourge are removed by an application of fresh sheep-skin.

XL. For fractures of the joints a specific is the ash of a sheep's thighs with wax—this medicament is more efficacious if there are burnt with the thighs the sheep's jawbones and a deer's horn, and the wax is softened with rose oil—specific for broken bones is a dog's brain, spread on a linen cloth, over which is placed wool, occasionally moistened underneath (with oil). In about fourteen days it unites the broken parts, as does quite as quickly the ash of a field-mouse with honey, or that of earth-worms, which also extracts fragments of bone. *Fractures.*

XLI. Scars are restored to the natural colour by the lungs of sheep, particularly of rams, by their suet in soda, by the ash of a green lizard, by a snake's slough boiled down in wine, and by pigeon's dung *Scars and skin diseases.*

[a] See § 49. Antonius is perhaps Antonius Castor (XXV. § 9).

[b] The reading of the MSS. can be just construed, with *eadem* subject, and *ea auferunt* understood.

fimum columbinum cum melle, item [1] vitiligines albas ex vino, vitiliginem et cantharides cum rutae foliorum duabus partibus. in sole, donec formicet cutis, tolerandae sunt, postea fovere oleoque perunguere necessarium iterumque inlinire, idque pluribus diebus
121 facere, caventes exulcerationem altam. ad easdem vitiligines et muscas inlini iubent cum radice eupatoriae,[2] gallinarum fimi candidum servatum in oleo vetere cornea pyxide, vespertilionis sanguinem, fel irenacei ex aqua. scabiem vero bubonis cerebrum cum aphronitro, sed ante omnia sanguis caninus sedant, pruritum cocleae minutae latae contritae inlitae.

122 XLII. Harundines et tela quaeque alia extrahenda sunt corpori evocat mus dissectus inpositus, praecipue vero lacerta dissecta, et vel caput tantum eius contusum cum sale inpositum, cocleae ex his quae gregatim folia sectantur contusae inpositaeque cum testis et eae quae manduntur exemptae testis, sed cum leporis coagulo efficacissime ossa anguium. eadem cum coagulo cuiuscumque quadripedis intra tertium diem adprobant effectum. laudantur et cantharides tritae cum farina hordei.

123 XLIII. In muliebribus malis membranae a partu ovium proficiunt, sicut in capris rettulimus. fimum quoque pecudum eosdem usus habet. locustarum

[1] item *codd. et edd.*: idem *coni. Mayhoff.*
[2] eupatoriae *Sillig coll.* XXV. § 65: lupatoria *codd.*

[a] There were distinguished by the Romans three kinds of *vitiligo* (psoriasis): the dull white, the dark, and the bright white.

[b] The word *easdem* seems to include both the *vitiligines albas* and the *vitiliginem* of § 120.

[c] Perhaps: "bits of reed."

with honey; the last in wine does the same for both kinds [a] of white vitiligo; for vitiligo cantharides also with two parts of rue leaves. These must be kept on in the sun until the skin is violently irritated; then there must be fomentation and rubbing with oil, followed by another application. This treatment should be repeated for several days, but deep ulceration must be guarded against. For vitiligo of all kinds [b] they also recommend the application of flies with root of eupatoria, or the white part of hens' dung kept in old oil in a horn box, or bat's blood, or hedgehog's gall in water. Itch scab however is relieved by the brain of a horned owl with saltpetre, but best of all by dog's blood, and pruritus by the small, broad, kind of snail, crushed and applied.

Things embedded in flesh.

XLII. Arrows,[c] weapons, and everything that must be extracted from the flesh, are withdrawn by a mouse split and laid on the wound, but especially by a split lizard, or even its head only, crushed and laid on the wound with salt, by the snails that attack leaves in clusters, crushed and similarly laid on with the shells, and edible snails without them, but most efficaciously by the bones of snakes with hare's rennet. These bones also, with the rennet of any quadruped, show a good result by the third day. Cantharides too are highly recommended, beaten up and applied with barley meal.

Female complaints.

XLIII. For women's complaints the afterbirth of an ewe is of service, as I said when speaking of goats.[d] The dung too of sheep [e] has the same

[d] See XXVIII. § 256.

[e] The word *ovis* appears to be used when the sex must be female, and *pecus* when the sex of the sheep does not matter.

suffitu stranguriae maxume mulierum iuvantur. gallinaceorum testes si subinde a conceptu edat mulier, mares in utero fieri dicuntur. partus conceptos hystricum cinis potus continet, maturat caninum lacte potum, evocat membrana e secundis canum, si terram non attigerit, lumbis parturientium
124 tactis.[1] fimum murinum aqua pluvia dilutum mammas mulierum a partu tumentes reficit. cinis irenaceorum cum oleo perunctarum custodit partus contra abortus. facilius enituntur quae . . .[2] anserinum cum aquae duobus cyathis sorbuere, aut ex ventriculo
125 mustelino per genitale effluentes aquas. vermes terreni inliti ne cervicis scapularumque nervi doleant praestant. graves secundas pellunt in passo poti. idem per se inpositi mammarum suppurationes concocunt et aperiunt extrahuntque et ad cicatricem perducunt. lac evocant poti cum mulso. inveniuntur et in gramine vermiculi qui adalligati collo continent partum, detrahuntur autem sub partu, alias eniti non patiuntur. cavendum et ne in terra ponantur. conceptus quoque causa dantur in potu
126 quini aut septeni. cocleae in cibo sumptae adcelerant partum, item conceptum inpositae cum croco. eaedem ex amylo et tragacantha inlitae profluvia sistunt. prosunt et purgationibus sumptae in cibo et vulvam aversam corrigunt cum medulla cervina ita ut uni cocleae denarii pondus addatur et

[1] tactis *Detlefsen, Mayhoff*: lactis *aut* potus lactis *codd.*
[2] *lacunam indicat Mayhoff*: cum VRE: adipem d T: *del. Detlefsen*; serum *Brakman.*

---

[a] The *serum* (i.e. semen) of Brakman may be right.
[b] See *Index of Plants* in vol. VII.

medicinal uses. Fumigation with lobsters is of the greatest help in strangury in women. If occasionally after conception a woman eats the testicles of a cock, males are said to be formed in the uterus. The foetus is retained by taking in drink the ash of porcupines, brought to maturity by drinking bitch's milk, and withdrawn by the afterbirth of a bitch, which must not touch the earth, laid on the loins of the woman in childbed. Mouse dung diluted with rain water reduces the breasts of women swollen after childbirth. Rubbing the woman all over with the ash of hedgehogs and oil prevents miscarriage. The delivery of those is easier who have swallowed goose . . .[a] with two cyathi of water, or the liquids that flow from a weasel's uterus through its genitals. Applying earth-worms prevents pains in the sinews of neck and shoulders, and taken in raisin wine bring away a sluggish afterbirth. These worms laid by themselves on the breasts also mature suppurations there, open them, draw out the pus, and make them cicatrize. Taken with honey wine they stimulate the flow of milk. There are also little worms found in grass; these, tied round the neck as an amulet, prevent a miscarriage, but they are taken off just before the birth, otherwise they prevent delivery. Care too must be taken not to lay them on the earth. Further, to cause conception five or seven at a time are given in drink. Snails taken in food hasten delivery, and conception too if applied with saffron. An application of snails in starch and tragacanth[b] arrests fluxes. They are also good for menstruation if taken in food, and correct with deer's marrow displacements of the uterus; to one snail should be added a denarius by weight of marrow and cyprus oil.

cypri. inflationes quoque vulvarum discutiunt exemptae testis tritae cum rosaceo. ad haec Asty-
127 palaeicae maxime eliguntur. alio modo Africanae binae tritae cum feni Graeci quod tribus digitis capiatur, addito melle coclearibus quattuor, inlinuntur alvo prius irino suco perunctae. sunt et minutae loricaeque[1] candidae cocleae passim oberrantes. hae arefactae sole in tegulis tusaeque in farinam miscentur lomento aequis partibus candoremque et levorem corpori adferunt. scabendi desideria tollunt minutae et latae cum polenta.
128 viperam mulier praegnans si transcenderit, abortum faciet, item amphisbaenam, mortuam dumtaxat, † nam vivam habentes in pyxide inpune transeunt; etiam si mortua sit atque adservata, partus faciles praestat; vel mortua mirum, si sine adservata transcenderit gravida, innoxium fieri, si protinus transcendat adservatam. †[2] anguis inveterati suffitu menstrua adiuvant.

129 XLIV. Anguium senectus adalligata lumbis faciliores partus facit, protinus a puerperio removenda. dant et in vino bibendam cum ture, aliter sumpta abortum facit. baculum quo angui rana excussa sit parturientes adiuvat, trixallidum cinis inlitus cum melle purgationes, item araneus qui filum deducit ex

[1] loricaeque VRdT: longaeque E *vulg. Detlefsen*: loricataeque *coni. Warmington.*
[2] *Sic codd.*: in *pro* vel *Mayhoff. Obelos ego addo loco, ut videtur, desperato.*

[a] The text and its explanation are so conjectural that I prefer to print the reading of the MSS. within daggers. I

Inflation too of the uterus is dispersed by snails taken out of their shells and beaten up with rose oil. For these purposes the most preferred are snails of Astypalaea. African snails are prepared in a different way; doses of two are beaten up with a three-finger pinch of fenugreek, four spoonfuls of honey added, and the whole applied after rubbing the abdomen with iris juice. There are also found straying everywhere small snails with a white corslet. Dried in the sun on tiles, crushed to powder, and mixed with an equal quantity of bean meal, these impart both whiteness and smoothness to the skin. The desire to scratch is removed by the small, broad snails with pearl barley. If a woman with child step across a viper she will miscarry; similarly if she cross an amphisbaena, a dead one at least, †but those that carry on their persons a live one in a box step across with impunity; even if it is a dead one and preserved it makes childbirth easy. In the case of a dead one, wonderful to relate, no harm is done should a pregnant woman cross it without a preserved one, if she at once crosses a preserved one†.[a] Fumigation with a dried snake assists menstruation.

XLIV. A snake's slough, tied to the loins as an amulet, makes childbirth easier, but it must be taken off immediately after delivery. They also give it in wine to be taken with frankincense; in any other way it causes miscarriage. A stick with which a frog has been shaken from a snake helps lying-in women, and the ash of the trixallis, applied with honey, helps menstruation, as does a spider that is

translate as a stop-gap the text of Mayhoff. See also Additional Note on p. 374.

alto. capi debet manu cava tritusque admoveri, quod si redeuntem prenderit, inhibebit idem purga-
130 tiones. lapis aetites[a] in aquilae repertus nido custodit partus contra omnes abortuum insidias. penna vulturina subiecta pedibus adiuvat parturientes. ovum corvi cavendum gravidis constat, quoniam transgressis abortum per os faciat. fimum accipitris in mulso potum videtur fecundas facere. vulvarum duritias, collectiones adeps anseris aut cygni[1] emollit.

131 XLV. Mammas a partu custodit adeps anseris cum rosaceo et araneo. Phryges et Lycaones mammis puerperio vexatis invenerunt otidum adipem utilem esse. his quae vulva strangulentur et blattas inlinunt. ovorum perdicis putaminum cinis cadmiae[b] mixtus et cerae stantes mammas servat. putant et ter circumductas ovo perdicis aut ortygis[2] [c] non inclinari et, si sorbeantur eadem, fecunditatem facere, lactis quoque copiam, cum anserino adipe perunctis mammis dolores minuere, molas[d] uteri rumpere, scabiem vulvarum sedare, si cum cimice trito inlinantur.

132 XLVI. Vespertilionum sanguis psilotri vim habet, sed alis puerorum inlitus non satis proficit nisi aerugo vel cicutae semen postea inducatur. sic enim aut in

[1] cygni d r, *vulg.*, *Mayhoff*: ciconiae E, *Detlefsen.*
[2] ortygis *Brakman*: otidis *Detlefsen post Urlichs*: *om. codd.*: *lacunam Sillig et Mayhoff*: anseris *coni. Mayhoff, Sereno collato.*

---

[a] "The eagle stone." See XXXVI. § 149.
[b] An oxide of zinc.
[c] With the other conjectures, "bustard" or "goose."
[d] For these *molae* see VII. § 63 and X. § 184.

spinning a thread from a height. It should be caught in the hollow of the hand, crushed, and applied; but if it is caught as it ascends again, the same treatment will arrest menstruation. The stone aetites,[a] found in the eagle's nest, protects a foetus from all plots to cause abortion. A vulture's feather, placed under their feet, helps lying-in women. It is certain that pregnant women must avoid a raven's egg, since if they step over it they will miscarry through the mouth. A hawk's dung taken in honey wine seems to make women fertile. Indurations and abscesses of the uterus are softened by goose grease or by swan's grease.

XLV. The breasts after delivery are safeguarded by goose grease with rose oil and a spider's web. The Phrygians and Lycaonians have found that the fat of bustards is beneficial for teats disordered by childbirth. For uterine suffocation beetles also are applied. Ash of partridge egg-shells mixed with cadmia [b] and wax keeps the breasts firm. They also think that breasts do not droop if circles are traced round them three times with the egg of partridge or quail,[c] and that if this egg is swallowed it also produces fertility and an abundant supply of milk as well, that it lessens pains in the breasts if they are rubbed with it and goose grease, that it breaks up moles [d] in the uterus, and that uterine itch is relieved if it is applied with crushed bugs.[e]

XLVI. Bats' blood is a depilatory, but an application to the armpits of boys is not enough unless copper rust or hemlock seed is spread over it after- *Depilatories.*

[e] Probably *cimice* is a generic singular. The probable lacuna in this chapter is perhaps larger than one word, for the plural *eadem* has only the singular *ovum* to which to refer.

totum tolluntur pili aut non excedunt lanuginem. idem et cerebro eorum profici putant—est autem duplex, rubens † itaque † [1] et candidum—aliqui
133 sanguinem et iocur eiusdem admiscent. quidam in tribus heminis olei discocunt viperam, exemptis ossibus psilotri vice utuntur evolsis prius pilis quos renasci nolunt. fel irenacei psilotrum est, utique mixto vespertilionis cerebro et lacte caprino, item per se cinis. lacte canis primiparae [2] evolsis pilis vel nondum natis perunctae partes alios non sufficiunt.
134 idem evenire traditur sanguine ricini evulsi cani, item hirundinino sanguine vel felle, ovis formicarum. supercilia denigrari muscis tritis tradunt, si vero oculi nigri nascentium placeant, soricem praegnanti edendum, capilli ne canescant vermium terrenorum cinere praestari admixto oleo.

135 XLVII. Infantibus qui lacte concreto vexantur praesidio est agninum coagulum ex aqua potum, aut si hoc vitium coagulato lacte acciderit, discutitur coagulo ex aceto dato. ad dentitionem cerebrum pecoris utilissimum est. ossibus in canino fimo inventis adustio infantium quae vocatur siriasis adalligatis emendatur, ramex infantium lacertae viridis admotae dormientibus morsu. postea harundini inligata [3] suspenditur [4] in fumo, traduntque pariter
136 cum expirante ea sanari infantem. coclearum saliva

[1] itaque *codd.*: utique *vulg., Detlefsen, Mayhoff, qui* atque *vel* aliquando et *coni.*; *obelos addo.*

[2] primiparae *Mayhoff, qui* prius *addit*: primi partus *Detlefsen*: primi parae *aut*: -partus *codd.*

[3] inligata *Detlefsen*: alligata *Gelenius*: adalligatae *vulg.*: inligant et *Mayhoff*: inligate (-ti d) *codd.*

[4] suspenditur *Gelenius, Detlefsen*: suspendunt *Mayhoff*: suspenduntur *codd.*

wards; this treatment either removes the hair altogether or reduces it to down. They think that a bat's brain is equally efficacious—this brain is double, red and white[a]—some adding the bat's blood and liver. Others in three heminae of oil thoroughly boil a viper after taking out the bones, using the decoction as a depilatory after first plucking out the hairs they do not wish to grow again. The gall of a hedgehog is a depilatory, especially when mixed with a bat's brain and goat's milk, as is also the ash by itself. Parts rubbed with the milk of a bitch with her first litter, when the hairs have been plucked out or not yet grown, do not grow hair again. The same result is said to be produced by the blood of a tick plucked from a dog, by the blood or gall of a swallow, or by the eggs of ants. They say that eyebrows are made black by crushed flies; if however it is desired that the eyes of babies should be black, the expectant mother must eat a shrewmouse; hair is prevented from turning grey by the ash of earth-worms mixed with oil.

XLVII. Babies that are troubled with curdled milk have a preventative in lamb's rennet taken in water; or if the trouble has occurred with milk already curdled it is dispersed by this rennet given in vinegar. For dentition the brain of a sheep is very beneficial. The inflammation of babies called siriasis is cured by the bones found in dog's dung worn as an amulet, and hernia in babies by bringing a green lizard to bite them when asleep. Afterwards they fasten the lizard to a reed and hang it in smoke, and they say that as it dies the baby recovers. The slime of snails applied

The troubles of babies.

[a] This addition, which I treat as a parenthesis, seems pointless.

inlita infantium oculis palpebras corrigit gignitque. ramicosis coclearum cinis cum ture ex ovi albo suco [1] inlitus per dies XXX medetur. inveniuntur in corniculis coclearum harenaceae duritiae, hae dentitionem facilem praestant adalligatae. coclearum inanium cinis cerae mixtus procidentium interan-
137 eorum partes extremas prohibet. oportet autem cineri misceri saniem punctis emissam.[2] cerebrum viperae inligatum pellicula [3] dentitiones adiuvat. idem valent et grandissimi dentes serpentium. fimum corvi lana adalligatum infantium tussi medetur. vix est serio conplecti quaedam, non omittenda tamen, quia sunt prodita. ramici infantium lacerta mederi iubent. marem hanc prendi, id intellegi eo quod sub [4] cauda unam cavernam habeat,
138 id agendum ut per aureum vel argenteum clostrum [5] mordeat vitium, tum in calice novo inligatum [6] in fumo poni. urina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. scarabaeorum cornua grandia denticulata adalligata iis amuleti naturam obtinent.
139 bovae capiti lapillum inesse tradunt, quem ab ea expui, si necem timeat, inopinantis praeciso capite exemptum adalligatumque mire prodesse dentitioni. item cerebrum eiusdem ad eundem usum adalligari iubent et limacis lapillum sive ossiculum; invenitur in dorso. magnifice iuvat et ovis cerebrum gingivis

[1] suco *Detlefsen, codd.*: specillo *Mayhoff.*

[2] emissam d, *Mayhoff, qui* ante *addit*: emissum E, *Detlefsen, qui cum* cerebrum *iungit.*

[3] pellicula d, *Mayhoff*: pelliculae RE, *Detlefsen.*

[4] eo quod sub *Detlefsen, Mayhoff*: *varia codd.*

[5] aureum vel argenteum clostrum *Mayhoff, qui* claustrum *scribit*: aurum et argentum et clostrum (closirum, dosirum) *codd.*: electrum *pro* clostrum *Warmington.*

[6] inligatum *Detlefsen*: inligatam *Mayhoff*: inligatur *codd.*

to the eyes of babies straightens the eyelashes and makes them grow. Hernia is cured by the ash of snails applied for thirty days with frankincense in white of egg.[a] There are found in the little horns of snails sandy grits; worn as an amulet these make dentition easy. The ash of snail shells mixed with wax checks procidence of the end of the bowel, but the ash should be mixed with the discharge that exudes when the snails are pricked. A viper's brain tied on with a piece of his skin helps dentition. The same effect have also the largest teeth of serpents. The dung of a raven attached with wool as an amulet cures babies' coughs. Certain details can scarcely be included as serious items, but I must not omit them, since they have been put on record. As a remedy for hernia in babies they recommend a lizard; there should be taken a male, which can be recognised by its having one vent beneath the tail. The necessary ritual is: that it must bite the lesion through a gold or silver barrier; then it must be fastened in an unused cup and placed in smoke. Incontinence of urine in babies is checked by giving in their food boiled mice. The tall, indented horns of the beetle, fastened to babies, serves as an amulet. In the head of the boa is said to be a little stone, which is spit out by it when in fear of violent death; they add that dentition is wonderfully aided if the creature's head is cut off unawares, the stone extracted and worn as an amulet. The brain too of the same creature they recommend to be worn for the same purpose, or the stone or little bone found on the back of a slug. A splendid help also is the brain of a ewe rubbed on the gums, as for the ears is

[a] With Mayhoff's reading: "applied with a probe, etc."

inlitum sicut aures adeps anserinus cum ocimi suco
inpositus. sunt vermiculi in spinosis herbis asperi,
lanuginosi, hos adalligatos protinus mederi tradunt
infantibus, si quid ex cibo haereat.

140 XLVIII. Somnos adlicit oesypum cum murrae mo-
mento in vini cyathis duobus dilutum, vel cum adipe
anserino et vino myrtite, avis cuculus leporina pelle
adalligatus, ardiolae rostrum in pelle asinina fronti
adalligatum. putant et per se rostrum effectus
eiusdem esse vino collutum. e diverso somnum arcet
vespertilionis caput aridum adalligatum.

141 XLIX. In urina virili enecata lacerta venerem eius
qui fecerit cohibet. nam inter amatoria esse Magi
dicunt. inhibent et cocleae, fimum columbinum cum
oleo et vino potum. pulmonis vulturini dextrae
partes venerem concitant viris adalligatae gruis pelle,
item si lutea ex ovis quinque columbarum admixto
adipis suilli denarii pondere ex melle sorbeantur,
passeres in cibo vel ova eorum, gallinacei dexter
142 testis arietina pelle adalligatus. ibium cinere cum
adipe anseris et irino perunctis, si conceptus[1] sit,
partus contineri, contra inhiberi venerem pugnatoris
galli testiculis anserino adipe inlitis adalligatisque
pelle arietina tradunt, item cuiuscumque galli, si
cum sanguine gallinacei lecto subiciantur. cogunt
concipere invitas saetae ex cauda mulae,[2] si iunctis
143 evellantur, inter se conligatae in coitu. qui in

[1] conceptus sit *vulg.*, *Detlefsen*: conceptos *Mayhoff*: conceptus *codd.*

[2] mulae *codd.*: muli et mulae *coni. Mayhoff.*

---

[a] If *nam* is "for," *amatoria* would have to mean "antaphrodisiacs."

goose grease put in them with juice of ocimum. On prickly plants are grubs which are rough and downy. These worn by babies as an amulet are said to effect an immediate recovery when part of their food sticks in the throat.

XLVIII. Sleep is induced by wool grease with a morsel of myrrh diluted in two cyathi of wine, or else with goose grease and myrtle wine, by the cuckoo bird in a piece of hare's fur worn as an amulet, or by a heron's beak worn as an amulet on the forehead in a piece of ass's hide. It is thought too that the beak of the heron by itself rinsed in wine has the same effect. Sleep is kept away, on the contrary, by a dried bat's head worn as an amulet. *Remedies for sleep.*

XLIX. A lizard drowned in a man's urine is antaphrodisiac to him who passed it, but [a] the Magi claim that it is a love-philtre. Antaphrodisiac too are snails, and pigeon's dung taken with oil and wine. Aphrodisiac for men are the right parts of a vulture's lung, worn as an amulet in a piece of crane's skin; aphrodisiac also are the yolks of five pigeons' eggs mixed with a denarius by weight of pig fat and swallowed in honey, sparrows or their eggs in food, or the right testicle of a cock worn as an amulet in a piece of ram's-skin. They say that rubbing with ibis ash, goose grease and iris oil prevent miscarriage when there has been conception; that desire on the contrary is inhibited if a fighting cock's testicles are rubbed with goose grease and worn as an amulet in a ram's skin, as it also is if with a cock's blood any cock's testicles are placed under the bed. Women unwilling to conceive are forced to do so by hairs from the tail of a she-mule, pulled out during the animal copulation and entwined during the human. *Aphrodisiacs, etc.*

urinam canis suam egesserit dicitur ad venerem pigrior fieri. mirum et de stelionis cinere, si verum est, linamento involutum in sinistra manu venerem stimulare, si transferatur in dextram, inhibere, item vespertilionis sanguinem collectum flocco subpositumque capiti mulierum libidinem movere aut anseris linguam in cibo vel potione sumptam.

144 L. Phthiriasim et totius corporis pota membrana senectutis anguium triduo necat, serum exempto caseo potum cum exiguo sale. caseos, si cerebrum mustelae coagulo addatur, negant corrumpi vetustate aut a muribus attingi. eiusdem mustelae cinis si detur in offa gallinaceis et columbinis, tutos esse a mustelis. iumentorum urinae tormina vespertilione adalligato finiuntur, verminatio ter circumlato mediis palumbe. mirum dictu, palumbis emissus moritur iumentumque liberatur confestim.

145 LI. Ebriosis ova noctuae per triduum data in vino taedium eius adducunt. ebrietatem arcet pecudum assus pulmo praesumptus. hirundinis rostri cinis cum murra tritus et vino quod bibetur inspersus securos praestabit a temulentia. invenit Orus Assyriorum rex.

146 LII. Praeter haec sunt notabilia animalium ad hoc volumen pertinentium: gromphena—avem in Sardinia narrant grui similem, ignotam iam etiam

A man who passes his urine on a dog's is said to become less sexually active. A wonderful thing again (if it is true) is told about the ash of the spotted lizard: if wrapped in a linen cloth and held in the left hand it is aphrodisiac; if transferred to the right hand it is antaphrodisiac. Another wonder: the blood of a bat, collected on a flock of wool and placed under the head of women, moves them to lust, as does the tongue of a goose, taken either in food or in drink.

Lice, maggots, etc.

L. The lice of phthiriasis even of the whole body are destroyed in three days by taking in drink the cast slough of a snake, or by drinking, with a little salt, whey after the cheese has been taken out. They say that if the brain of a weasel is added to rennet, cheeses neither go rotten through age nor are touched by mice. If the ash too of a weasel is given to poultry or pigeons in their mash, they are said to be safe from weasels. Pains of draught animals in making urine are ended by a bat put on them as an amulet, and bots by a wood-pigeon carried three times round their middle. Wonderful to relate, the wood-pigeon on being set free dies, while the animal is at once freed from pain.

Drunkenness, etc.

LI. The eggs of an owl, given for three days in wine to drunkards, produce distaste for it. Drunkenness is kept away by taking early the roasted lung of sheep. A swallow's beak reduced to ash, beaten up with myrrh, and sprinkled on the wine that will be drunk, will free drinkers from fear of becoming tipsy. This is a discovery of Orus, king of Assyria.

LII. In addition to all this there are some notable things about the animals that belong to this Book: the gromphena, a bird spoken of in Sardinia as like a crane,

Sardis, ut existimo—in eadem provincia ophion, cervis tantum pilo similis nec alibi nascens. idem auctores, nomen habere [1] sirulugum, quod nec quale esset animal nec ubi nasceretur tradiderunt. fuisse quidem non dubito, cum et medicinae ex eo sint demonstratae. M. Cicero tradit animalia biuros vocari qui vites in Campania erodant.

147 LIII. Reliqua mirabilia ex his quae diximus. non latrari a cane membranam e secundis canis habentem aut leporis fimum vel pilos tenentem, in culicum genere muliones [2] non amplius quam uno die vivere, eosque qui arborarii pici rostrum habeant et mella eximant ab apibus non attingi, porcos sequi eos a
148 quibus cerebrum corvi acceperint in offa, pulverem in quo se mula volutaverit corpori inspersum mitigare ardores amoris. sorices fugare,[3] si unus castratus emittatur, anguina pelle et sale et farre et serpyllo contritis una deiectisque cum vino in fauces boum uva maturescente, toto anno eos valere, vel si hirundinum pulli tres tribus [4] offis dentur, pulvere e vestigio anguium collecto sparsas apes in alvos reverti,
149 arietis dextro teste praeligato oves tantum gigni, non lassescere in ullo labore qui nervos ex alis et cruribus gruis habeant, mulas non calcitrare cum vinum biberint. ungulas tantum mularum repertas, neque

[1] nomen habere E r, *Detlefsen* : nominavere R d(?) *vulg.*: *om. Mayhoff.*

[2] *Post* muliones *lacunam indicat Mayhoff.*

[3] fugare *codd.* : fugere *Mayhoff.*

[4] tres tribus *codd.* : terni ternis *Mayhoff.*

but now, I think, unknown even to the Sardinians. In the same province we have the *ophion*, a creature like deer only in its hair, and found nowhere else. The same authorities say that there is a creature called *sirulugum*, but they have not told us what kind of an animal it is or where it is found. I do not indeed doubt that it once existed, since even medicines from it have been prescribed. Marcus Cicero tells us that there are animals called *biuri* which gnaw the vines in Campania.

LIII. There are still some wonders in the animals that I have mentioned: that a dog does not bark at a person having on him the membrane from the afterbirth of a bitch, or holding the dung or hair of a hare; included among gnats are *muliones*, which live only for a day; those taking honey from hives are not stung by the bees if they have on them the beak of a woodpecker; pigs follow those from whom they have received in their mash the brain of a raven; the dust in which a she-mule has wallowed, sprinkled on the body, lessens the fires of love. Shrew mice are put to flight if one of them is castrated and let go free; if a snake's skin, salt, emmer wheat, and wild thyme are pounded together and with wine poured down the throat of oxen when the grapes are ripening, they enjoy good health for a whole year, or if three young swallows are given at three meals in their mash; if dust is gathered from the track of a snake and sprinkled on bees, these return to their hives; if the right testicle of a ram is tied up he begets ewes only; those are not wearied by any toil who have on them sinews from the wings and legs of a crane; she-mules do not kick if they have drunk wine. The hoofs of she-mules are the *Wonders of animals.*

aliam ullam materiam quae non perroderetur a veneno Stygis aquae, cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret, memoria dignum est magna Aristotelis infamia excogitatum. nunc ad aquatilia praevertemur.

Additional Note to P. 361

Pliny, XXX, 128: *vel mortumua mirum si sine adservata transcenderit gravida innoxium fieri si protinus transcendat adservatam.* A tentative effort towards a solution of this passage is given by Warmington as follows. The sentence began *vel mortuam mirum* but was continued, in erratic copying, by a wrongly written clause (a) *si sine adservata transcenderit gravida* which was then imperfectly corrected into another clause (b) *si protinus transcendat adservatam* written in the margin. This marginal correction (b) was later copied out in its right place while clause (a) was still retained. It is clause (a) which is really corrupt and superfluous, and it should be deleted; and the whole passage may then be read: *vel mortuam mirum innoxiam fieri si protinus adservatam transcendat gravida*: "Or a dead one, wonderful to relate, does no harm if a pregnant woman crosses it if it was preserved without delay." Warmington suggests that a scribe began writing *mirum si sine mora adservatam transcendat* instead of *si protinus a. t.* At some later stage the intruded word *mora* was omitted but *sine* was still left in and *adservatam* was made into an ablative *adservata.* Thus *si protinus transcendat adservatam* or *si protinus adservatam transcendat* seems likely to be right. Anyhow to retain both clauses (a) and (b) seems intolerable; and (a) is more wrong than (b).

only material discovered that is not rotted by the poisonous water of Styx,[a] a notable fact discovered by Aristotle, to his great infamy, when Antipater sent a draught of it to Alexander the Great. Now I will pass to things found in water.[b]

[a] A fountain in Arcadia.

[b] Practically the whole of this chapter is in indirect speech, to denote the scepticism of Pliny.

BOOK XXXI

LIBER XXXI

1 I. Aquatilium secuntur in medicina beneficia, opifice natura ne in illis quidem cessante et per undas fluctusque ac reciprocos aestus amniumque rapidos cursus inprobas exercente vires, nusquam potentia maiore, si verum fateri volumus, quippe hoc elemen-
2 tum ceteris omnibus imperat. terras devorant aquae, flammas necant, scandunt in sublime et caelum quoque sibi vindicant ac nubium obtentu vitalem spiritum strangulant, quae causa fulmina elidit, ipso secum discordante mundo. quid esse mirabilius potest aquis in caelo stantibus? at illae, ceu parum sit in tantam pervenire altitudinem, rapiunt eo secum piscium examina, saepe etiam lapides subeuntque portantes aliena pondera.
3 eaedem cadentes omnium terra enascentium causa [1] fiunt prorsus mirabili natura, si quis velit reputare, ut fruges gignantur, arbores fruticesque vivant, in caelum migrare aquas animamque etiam herbis vitalem inde deferre, victa confessione [2] omnes terrae

[1] causa] *Mayhoff* (*Appendix p.* 485) causae *coni.*

[2] victa confessione dTa r *vulg.*: confessione victa VR, *Sillig*: iusta confessione *Caesarius*, *Mayhoff*: confessione invita *Urlichs*.

---

[a] Or, as such things as salt are included, "creatures of the water."

[b] English allows the plural "waters," but not exactly in the sense of the Latin *aquae*. Here it is perhaps safer to use the singular in translating.

BOOK XXXI

I. There follow the medicinal benefits obtained from aquatic animals;[a] Nature the Creator is not idle even among them, but puts forth her tireless strength on waves, billows, ebb and flow of tides, and the rapid currents of rivers; and nowhere with greater might, if we will but admit the truth, seeing that this element is lord over all the others. Water[b] swallows up the land, destroys flames, climbs aloft claiming the sovereignty even of the sky, and by a blanket of clouds chokes the life-giving spirit, so forcing out thunderbolts, the world waging civil war with itself. What can be more wonderful than water seated[c] in the sky? But as though it were a little thing to reach this great height, water sucks up thither with itself shoals of fish, and often even stones, carrying up aloft a weight other than its own. This element also falls again to become the source of all things that spring from the earth. Right wonderful action this on the part of Nature, if one considers it: in order that crops may grow, and that trees and shrubs may live, water soars to the sky and brings down thence even to plants the breath of life, so we are forced[d] to admit that all the powers of earth too

Remedies from aquatic animals.

[c] Literally: "standing."

[d] "The admission being constrained" is perhaps possible Plinian Latin. Of the emendations that of Urlichs seems the best, giving much the same sense.

quoque vires aquarum esse beneficii. quapropter ante omnia ipsarum potentiae[1] exempla ponemus. cunctas enim enumerare quis mortalium queat?

4 II. Emicant benigne passimque in plurimis terris alibi frigidae, alibi calidae, alibi iunctae, sicut in Tarbellis Aquitanica gente et in Pyrenaeis montibus tenui intervallo discernente, alibi tepidae egelidaeque,[2] auxilia morborum profitentes et e cunctis animalibus hominum tantum causa erumpentes. augent numerum deorum nominibus variis urbesque condunt, sicut Puteolos in Campania, Statiellas in Liguria, Sextias in Narbonensi provintia, nusquam tamen largius quam in Baiano sinu nec pluribus
5 auxiliandi generibus, aliae sulpuris vi, aliae aluminis, aliae salis, aliae nitri, aliae bituminis, nonnullae etiam acida salsave mixtura. vapore ipso aliquae prosunt tantaque est vis, ut balneas calefaciant ac frigidam etiam in solis fervere cogant. quae in Baiano Posidianae vocantur nomine accepto a Claudii Caesaris liberto obsonia quoque percocunt. vaporant et in mari ipso quae Licinii Crassi fuere, mediosque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.

III. Iam generatim nervis prosunt pedibusve aut
6 coxendicibus, aliae luxatis fractisve, inaniunt alvos, sanant vulnera. capiti, auribus privatim medentur,

[1] potentiae R *vulg.*, *Mayhoff*: potentia *ceteri codd.*, *Detlefsen.*

[2] egelidaeque *codd.* (*aut* gelidaequae) *Detlefsen*: egelidae atque *Mayhoff.*

[a] The word *vis* is hard to translate, as it sometimes combines the sense of "power," "quality," and "magical

are part of the beneficence of water. Wherefore I shall first of all give examples of the might of water, for what mortal man could count them all?

Various waters, and their various qualities.

II. Everywhere in many lands gush forth beneficent waters, here cold, there hot, there both, as among the Tarbelli, an Aquitanian tribe, and in the Pyrenees, with only a short distance separating the two, in some places tepid and lukewarm, promising relief to the sick and bursting forth to help only men of all the animals. Water adds to the number of the gods by its various names, and founds cities, such as Puteoli in Campania, Statiellae in Liguria, and Sextiae in the province of Narbonensis. Nowhere however is water more bountiful than in the Bay of Baiae, or with more variety of relief: some has the virtue [a] of sulphur, some of alum, some of salt, some of soda, some of bitumen, some are even acid and salt in combination; of some the mere steam is beneficial, of which the power [a] is so great that it heats baths and even makes cold water boil in the tubs. The water called Posidian in the region of Baiae, getting its name from a freedman of Claudius Caesar, cooks thoroughly even meat. In the sea itself too, steam rises from the water that belonged to Licinius Crassus, and there comes something valuable to health in the very midst of the billows.

Classes of water.

III. To come now to the classes of water: some waters are good for sinews [b] or feet, or for sciatica; others for dislocations or fractures; they purge the bowels; heal wounds; are specific for head, or for

property." In § 3 *vires* seems to be, not "strength" but "powers."

[b] The Latin *nervus* includes tendons, ligaments, and nerves. It is used of all fibrous tissues or membranes.

oculis vero Ciceronianae. dignum[1] memoratu, villa est ab Averno lacu Puteolos tendentibus inposita litori, celebrata porticu ac nemore, quam vocabat M. Cicero Academiam ab exemplo Athenarum; ibi compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua et monumenta sibi instauraverat, ceu vero non in toto
7 terrarum orbe fecisset. huius in parte prima exiguo post obitum ipsius Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli, qui fuit e libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. ponam enim ipsum carmen, ubique et non ibi tantum legi dignum.[2]

8 Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,
silva loco melius surgere iussa viret
atque Academiae celebratam nomine villam
nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
hoc etiam apparent lymphae non ante repertae
languida quae infuso lumina rore levant.
nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
sint plures oculis quae medeantur aquae.

IV. In eadem Campaniae regione Sinuessanae aquae sterilitatem feminarum et virorum insaniam
9 abolere produntur, V. in Aenaria insula calculosis mederi, et quae vocatur Acidula ab Teano Sidicino

[1] dignum *Mayhoff*: dignae (*cum antecedentibus*) *Detlefsen*: digno, dignu, digna *codd.*

[2] dignum *Brakman*: *del. Detlefsen*: queat *Mayhoff, add.* ut *ante* ubique. *Vulg.* dignum ubique, et non ibi tantum legi.

ears; while the Ciceronian are so for the eyes. It is worth while recording that there is a country seat on the coast as you go from Lake Avernus to Puteoli, with a famous portico and grove, which M. Cicero, copying Athens, called Academia. There he wrote the volumes called Academica, and in it he also erected memorials to himself, as though indeed he had not done so throughout the whole world. In the front part of this estate, when the owner was Antistius Vetus, a short time after Cicero's demise there burst out hot springs, very beneficial for eye complaints, which have been made famous by a poem of Laurea Tullus, who was one of Cicero's freedmen. From it we at once realize that even his servants drew inspiration from that mighty genius. For I will quote the actual poem, which deserves to be read, not only on this site, but everywhere.

"O famous champion of our Latin tongue, where grows with a fairer green the grove you bade rise, and the villa, honoured by the name of Academe, Vetus keeps in repair under a more careful tendance, here are also to be seen waters not revealed before, which with drops infused relieve wearied eyes. For indeed the site itself gave this gift as an honour to Cicero its master, when it disclosed springs with this healing power, so that, since he is read throughout the whole world, there may be more waters to give sight to eyes."

IV. In Campania too are the waters of Sinuessa, which are said to cure barrenness in women and insanity in men. V. The waters in the island of Aenaria are said to cure stone in the bladder, as does also the water called Acidula—it is a cold one—four

IIII p. haec frigida, item in Stabiano quae Dimidia vocatur, et in Venafrano ex fonte Acidulo. idem contingit in Velino lacu potantibus, item in Syriae fonte iuxta Taurum montem auctor est M. Varro et in Phrygiae Gallo flumine Callimachus. sed ibi in potando necessarius modus, ne lymphatos agat, quod in Aethiopia accidere his qui e fonte Rubro biberint Ctesias scribit.

10 VI. Iuxta Romam Albulae aquae volneribus medentur, egelidae hae, sed Cutiliae in Sabinis gelidissimae suctu quodam corpora invadunt, ut prope morsus videri possit, aptissimae stomacho, nervis, universo corpori.

VII. Thespiarum fons conceptus mulieribus repraesentat, item in Arcadia flumen Elatum. custodit autem fetum Linus fons in eadem Arcadia abortusque fieri non patitur. e diverso in Pyrrha flumen quod Aphrodisium vocatur steriles facit.

11 VIII. Lacu Alphio vitiligines tolli Varro auctor est, Titiumque praetura functum marmorei signi faciem habuisse propter id vitium. Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur, sicut apparet epistula Cassi Parmensis ad M. Antonium. contra aquarum culpa
12 in Troezene omnium pedes vitia sentiunt. Tungri civitas Galliae fontem habet insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intellegitur. purgat hic corpora, tertianas febres discutit calculorumque vitia. eadem aqua igne

miles from Teanum Sidicinum, that at Stabiae called Dimidia, and the water of Venafrum from the spring Acidulus. The same result comes from drinking the water of Lake Velia, also of the Syrian spring near Mount Taurus, according to Marcus Varro, and of the Phrygian river Gallus, according to Callimachus. But here moderation is necessary in drinking lest it drive people to madness, which Ctesias writes those suffer from who drink of the Red Spring in Aethiopia.

VI. Near Rome the waters of Albula heal wounds. These are lukewarm, but those of Cutilia of the Sabines are very cold, penetrating the body with a sort of suction, so that they might seem almost to bite, being very healthful to the stomach, the sinews, and the whole body.

VII. The spring at Thespiae causes women to conceive, as does the river Elatum in Arcadia, and the spring Linus, also in Arcadia, guards the embryo and prevents miscarriage. The river in Pyrrha, on the contrary, that is called Aphrodisium, causes barrenness.

VIII. The water of Lake Alphius removes psoriasis, Varro tells us, adding that Titius, an ex-praetor, as a result of this complaint had a face like that of a marble statue. The Cydnus, a river of Cilicia, cures gout, as appears from a letter of Cassius of Parma to M. Antonius. On the other hand, it is the fault of the water in Troezen that everyone there suffers from diseases of the feet. The Tungri, a state of Gaul, has a remarkable spring that sparkles with innumerable bubbles, with a taste of iron rust, which yet cannot be detected until the water has been drunk. It is a purgative, and cures tertian agues and stone in the bladder. This water also, if fire is brought near it, becomes turbid, and

admoto turbida fit ac postremo rubescit. Leucogaei fontes inter Puteolos et Neapolim oculis et vulneribus medentur. Cicero in admirandis posuit Reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari.

13 IX. Eudicus in Hestiaeotide fontes duos tradit esse, Ceronam ex quo bibentes oves nigras fieri, Nelea ex quo albas, ex utroque varias, Theophrastus Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam
14 bubus ac pecori, X. quin et homines sentire differentiam eam; nam qui e Sybari bibant nigriores esse durioresque et crispo capillo, qui e Crathi candidos mollioresque ac porrecta coma. item in Macedonia qui velint sibi candida nasci ad Haliacmonem ducere, qui nigra aut fusca ad Axium. idem omnia fusca nasci quibusdam in locis dicit et fruges quoque, sicut in Messapis, at in Lusis Arcadiae quodam fonte mures terrestres vivere et conversari. Erythris Aleos amnis pilos gignit in corporibus.

15 XI. In Boeotia ad Trophonium deum iuxta flumen Hercynnum [1] e duobus fontibus alter memoriam alter oblivionem adfert, inde nominibus inventis.

XII. In Cilicia apud oppidum Cescum rivus fluit Nuus, ex quo bibentium subtiliores sensus fieri M. Varro tradit, at in Cea insula fontem esse quo hebetes fiant, Zamae in Africa ex quo canorae voces.

[1] Hercynnum *Sillig*: *varia codd.*

---

[a] The Greek names are referred to.
[b] The Greek νοῦς means "intelligence."

finally turns red. White Earth Springs, between Puteoli and Naples, is good for complaints of the eyes and for wounds. Cicero in his *Book of Marvels* alleges that only by marsh water of Reate are the hoofs of draught cattle hardened.

IX. Eudicus tells us that in Hestiaeotis are two springs: Cerona, which makes black the sheep that drink of it, and Neleus, which makes them white, while they are mottled if they drink of each. Theophrastus says that at Thurii the Crathis makes oxen and sheep white, and the Sybaris makes them black. X. He adds that men too are affected by this difference: that those who drink of the Sybaris are darker and more hardy, and with curly hair, while those who drink of the Crathis are fair, softer, and with straight hair. He also says that in Macedonia those who wish white young to be born lead their beasts to the Haliacmon, but to the Axius if they wish the young to be black or dark. The same authority adds that in certain places all produce grows to be dark, even grain and vegetables, as among the Messapii, and that in a certain spring at Lusi in Arcadia land mice live and dwell. At Erythrae the river Axios makes hair grow on the body.

XI. In Boeotia by the temple of Trophonius near the river Hercynnus are two springs; one brings remembrance, the other forgetfulness; hence the names [a] that have been given them.

XII. In Cilicia near the town Cescum flows the river Nuus.[b] Those that drink of it become, says Marcus Varro, of keener perception, but on the island of Cea there is a spring that makes men dull, and at Zama in Africa is one that gives the drinkers a tuneful voice.

16 XIII. Vinum taedio venire his qui ex Clitorio lacu biberint ait Eudoxus, set Theopompus inebriari fontibus his quos diximus, Mucianus Andri e fonte Liberi patris statis diebus septenis eius dei vinum fluere, si auferatur e conspectu templi, sapore in aquam trans-
17 eunte, XIV. Polyclitus ex[1] Lipari iuxta Solos Ciliciae ungui, Theophrastus, hoc idem in Aethiopia eiusdem nominis fonte, Lycos in Indis[2] Oratis fontem esse cuius aqua lucernae luceant. idem Ecbatanis traditur. Theopompus in Scotussaeis lacum esse
18 dicit qui volneribus medeatur,[3] XV. Iuba in Trogodytis lacum Insanum malefica vi appellatum ter die fieri amarum salsumque ac deinde dulcem, totiensque et noctu, scatentem albis serpentibus vicenum cubitorum, idem in Arabia fontem exilire tanta vi ut
19 nullum non pondus inpactum respuat, XVI. Theophrastus Marsyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. non procul ab eo duo sunt fontes Claeon et Gelon ab effectu Graecorum nominum dicti. Cyzici fons Cupidinis vocatur ex quo potantes amorem deponere Mucianus credit.

20 XVII. Crannone est fons calidus citra summum fervorem, qui vino addito triduo calorem potionis

[1] ex Lipari *Detlefsen*: Lipari *Urlichs*: expleri *codd.*
[2] in Indis *Mayhoff*: Indis *Detlefsen*: *varia codd.*
[3] medeatur *C. F. W. Müller*: medetur *codd.*

---

[a] Book II. § 230.
[b] "The oily river."
[c] For these people see Book VI. § 75.

XIII. Disgust at wine, says Eudoxus, comes upon those who have drunk of Lake Clitorius, but Theopompus says that drunkenness is caused by the springs that I have mentioned,[a] and Mucianus that at Andros, from the spring of Father Liber, on fixed seven-day festivals of this god, flows wine, but if its water is carried out of sight of the temple the taste turns to that of water. XIV. Polyclitus says that with the river Liparis [b] near Soli in Cilicia people are anointed, Theophrastus says this of a spring with the same name in Aethiopia, and Lycos that among the Oratae [c] of India is a spring the water of which keeps lamps burning bright. The same is said of one at Ecbatana. Theopompus says that among the people of Scotussa is a lake that heals wounds. Juba says that among the Trogodytae is a lake called Insanus,[d] so named from its evil character, for three times each day and three times each night it becomes bitter, and then again fresh, full of white serpents twenty cubits long; he also says that in Arabia is a spring that bursts forth with such violence that it throws out everything, no matter how heavy, that is heaved into it. XVI. Theophrastus tells us that a spring of Marsyas in Phygia, near the town of Celaenae, casts out rocks. Not far from it are two springs, named Claeon and Gelon, so called from the force of their Greek [e] names. A spring at Cyzicus is called Cupid's Spring; those who drink of it, Mucianus believes, lose their amorous desires.

XVII. In Crannon is a hot spring which just falls short of boiling, the water of which with wine added remains in vessels a hot drink for three days. There

[d] "The lake of Madness."
[e] "Weeping" and "Laughing."

custodit in vasis. sunt et Mattiaci[a] in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet. circa margines vero pumicem faciunt aquae.

21 XVIII. Quod si quis fide carere ex his aliqua arbitratur, discat in nulla parte naturae maiora esse miracula, quamquam inter initia operis abunde multa rettulimus.[b] Ctesias tradit Silan[1] vocari stagnum in Indis in quo nihil innatet, omnia mergantur, Coelius apud nos in Averno etiam folia subsidere, Varro aves quae advolaverint emori. contra in Africae lacu
22 Apuscidamo omnia fluitant, nihil mergitur, item in Siciliae fonte Phinthia, ut Apion tradit, et in Medorum lacu puteoque Saturni. item fluvii[2] fons Limyrae transire solet in loca vicina portendens aliquid, mirumque quod cum piscibus transit. responsa ab his petunt incolae cibo, quem rapiunt adnuentes, si vero eventum negent, caudis abigunt.
23 amnis Alcas in Bithynia Bryazum adluit—hoc est templo et deo nomen—cuius gurgitem periuri negantur[3] pati[4] velut flammam urentem.[5] in Cantabria fontes Tamarici in auguriis habentur. tres sunt octonis pedibus distantes, in unum alveum coeunt
24 vasto amne. singuli siccantur duodenis diebus,

[1] Silan *Mayhoff* (*Strabo XV*. 1, 38): Siden r *Sillig*.

[2] puteoque Saturni. item fluvii *Mayhoff*: puteoque. Saturni templum *Detlefsen*: temthuni r: themtumi V: themtuni T: templum E.

[3] negantur VRdT *Hard.*, *Mayhoff*: necantur a *Detlefsen*: notantur *Hermolaus Barbarus*.

[4] pati VRdT: parthi E: rapti *Detlefsen*.

[5] flammam urentem *codd.*: flamma urente *Detlefsen*.

[a] Wiesbaden.

[b] See II. §§ 224 foll.

are also in Germany across the Rhine the hot springs of Mattiacum,[a] a draught from which is boiling hot for three days; around the borders indeed the water forms pumice.

The marvels of many waters.

XVIII. But if anybody thinks that some of these statements are incredible, he has to learn that in no sphere does Nature show greater marvels, although in the early parts of my work I have mentioned [b] plenty of examples. Ctesias tells us that there is in India standing water called Silas,[c] in which nothing floats but everything sinks to the bottom; Coelius says in our Avernus even leaves sink, and Varro that the birds that fly to it die. On the other hand, in the African lake Apuscidamus everything floats and nothing sinks; similarly in the Sicilian spring Phinthia, as Apion tells us, and among the Medes in the lake and well of Saturn. Again, the source of the river Limyra often crosses to neighbouring districts, indicating some portent, and a wonderful thing is that the fish cross with it. The inhabitants seek responses from them, offering food. To give a favourable answer the fish snap it up; but for an unfavourable one, they knock it away with their tails. The river Alcas in Bithynia flows by Bryazus—this is the name both of a god and of his temple—the current of which perjured persons are said to be unable to endure, as it burns like a flame. In Cantabria the springs of the Tamaris are supposed to be prophetic. Three in number they are eight feet apart, uniting in one channel to form a vast river. Each one dries up for periods of twelve, occasionally of twenty days, without the slightest trace of water,

[c] A reference to Strabo shows that Mayhoff's conjecture is correct, but Strabo calls the Silas a river.

aliquando vicenis,[1] citra suspicionem ullam aquae, cum sit vicinus illis fons sine intermissione largus. dirum est non profluere eos aspicere volentibus, sicut proxime Larcio Licinio legato pro praetore post septem dies accidit. In Iudaea rivus sabbatis omnibus siccatur.

25 XIX. E diverso miracula alia dira. Ctesias in Armenia fontem esse scribit, ex quo nigros pisces ilico mortem adferre in cibis quod et circa Danuvii exortum audivi, donec veniatur ad fontem alveo adpositum, ubi finitur id genus piscium ideoque ibi caput amnis eius intellegit fama. hoc idem et in
26 Lydia in stagno Nympharum tradunt. In Arcadia ad Pheneum aqua profluit e saxis Styx appellata, quae ilico necat, ut diximus, sed esse pisces parvos in ea tradit Theophrastus, letales et ipsos, quod non in
27 alio genere mortiferorum fontium. necari aquis Theopompus et in Thracia apud Cychros dicit, Lycos in Leontinis tertio die quam quis biberit, Varro ad Soracten in fonte, cuius sit latitudo quattuor pedum. sole oriente eum exundare ferventi similem, aves quae degustaverint iuxta mortuas iacere. namque et haec insidiosa conditio est quod quaedam etiam blandiuntur aspectu, ut ad Nonacrim Arcadiae, omnino enim nulla deterrent qualitate. hanc putant nimio frigore esse noxiam, utpote cum pro-
28 fluens ipsa lapidescat. aliter circa Thessalica Tempe, quoniam virus omnibus terrori est, traduntque aena

[1] singuli siccantur duodenis diebus, aliquando vicenis *Mayhoff*: siccantur duodecies singulis diebus, aliquando vicies *Detlefsen*: *varia codd.*

[a] Perhaps "black." [b] Book II. § 231.

although there is a copious spring near them that never dries up. It is an evil portent if those wishing to look at them find them not flowing, as recently Larcius Licinius, a legate pro-praetore discovered after seven days. In Judaea is a stream that dries up every Sabbath.

XIX. On the other hand some other marvels are deadly. Ctesias writes that in Armenia is a spring in which are dark [a] fish that, eaten as food, bring instant death, as I have heard do the fish also from the water around the rising of the Danube, until a spring is reached close to the main channel, where the fish of this sort go no further. At this point, therefore, report says is the real source of that river. They tell us that this same phenomenon occurs in Lydia in the marsh of the Nymphs. In Arcadia near the Pheneus there flows from the rocks a stream called Styx, which I have said [b] proves instantly fatal to life, but Theophrastus tells us that in it are small fish equally deadly; no other kind of poisonous spring is like this. Theopompus also says that near Cychri in Thrace are deadly waters, Lycos that at Leontini is water that kills on the third day after drinking, and Varro that on Soracte is poisonous water in a spring four feet wide. At sunrise, he adds, this bubbles out as though it boiled, and birds that have tasted it lie dead close by. For certain waters have also this insidious property, that the very prospect is attractive; as at Nonacris in Arcadia, which has nothing at all about it to serve as a warning. They think that this water harms by its excessive cold, seeing that as it flows it itself turns to stone. It is otherwise around Tempe in Thessaly, for its poison is a terror to everyone, and they tell us that by the *Deadly waters.*

etiam ac ferrum erodi illa aqua. profluit, ut indicavimus, brevi spatio, mirumque siliqua silvestris amplecti radicibus fontem eum dicitur semper florens purpura. et quaedam sui generis herba in labris fontis viret. In Macedonia, non procul Euripidis poetae sepulchro, duo rivi confluunt. alter saluberrimi potus, alter mortiferi.

29 XX. In Perperenis fons est quamcumque rigat lapideam faciens terram, item calidae aquae in Euboeae Adepso. nam quae[1] adit[2] rivus saxa in altitudinem crescunt. in Eurymenis deiectae coronae in fontem lapideae fiunt. in Colossis flumen est quo lateres coniecti lapidei extrahuntur. in Scyretico metallo arbores quaecumque flumine adluuntur
30 saxeae fiunt cum ramis. destillantes quoque guttae lapide durescunt in antris, conchatis ideo,[3] Miezae in Macedonia etiam pendentes in ipsis camaris, at in Corinthio[4] cum cecidere, in quibusdam speluncis utroque modo, columnasque faciunt, ut in Phausia Cherrhonesi adversae Rhodo in antro magno etiam discolori aspectu. et hactenus contenti simus exemplis.

31 XXI. Quaeritur inter medicos cuius generis aquae sint utilissimae. stagnantes pigrasque merito dam-

[1] quae E *Detlefsen, Mayhoff*: qua *plerique codd., Hard.*

[2] adit E *Mayhoff*: cadit *plerique codd. Hard.*: alluit *vulg.*: adluit *Detlefsen.*

[3] conchatis *Mayhoff, coll. XI.* § 270: coricis *codd.*: Coryciis *vulg.*; *fortasse* ideo *ex* lapide *est ortum.*

[4] Corinthio R *Ianus*: Corintio VdTf: coricio E: Corycio *Sillig, Mayhoff.*

[a] Book IV. § 31.

[b] A *locus adhuc corruptus* says Mayhoff. I adopt his conjecture with certain doubts, for unless we discard in the next

water there even bronze and iron are corroded. It flows, as I have pointed out,[a] for only a short distance, and a marvellous thing is related of this spring: it is embraced by the roots of a wild carob always bearing purple blossom. And a unique kind of herb flourishes on the margins of the spring. In Macedonia, not far from the tomb of the poet Euripides, two streams join, one very wholesome to drink, the other a deadly poison.

Petrifying waters, stalactites and stalagmites.

XX. At Perperena is a spring that turns to stone whatever land it irrigates, as do also the hot waters at Aedepsus in Euboea, for, whatever rocks the stream reaches increase in height. At Eurymenae chaplets, thrown into a spring, turn to stone. At Colossae is a river, and bricks when cast into it are of stone when taken out. In Scyros in the mine all the trees watered by the river are turned to rock, branches and all. Drops too dripping from the stone harden in certain caves, and hence these are concave in shape.[b] But at Mieza in Macedonia the drops actually hang from the arched roofs, while in the Corinthian cave they petrify after falling; in certain caverns the stone forms in both ways and makes pillars, as at Phausia in the Chersonesus opposite to Rhodes in a huge cave, where the pillars are actually of different colours to look at. These examples must be enough for the present.

The most beneficial waters.

XXI. It is a question debated by the physicians what kinds of water are most beneficial. They

sentence a well attested reading *Corinthio* (*-tio*) there will be no reference to the famous Corycian cavern. It seems just possible that an absent-minded scribe repeated *lapide* (or part of it) after *Coryciis*, and that the vulgate, which omits *ideo*, is correct, or nearly so.

nant, utiliores quae profluunt existimantes, cursu
enim percussuque ipso extenuari atque proficere,
eoque miror cisternarum ab aliquis maxime probari.
sed hi rationem adferunt, quoniam levissima sit
imbrium, ut quae subire potuerit ac pendere in aere.
32 ideo et nives praeferunt, nivibusque etiam glaciem
velut ad infinitum coacta subtilitate. leviora enim
haec esse et glaciem multo leviorem aqua. horum sen-
tentiam refelli interest vitae. in primis enim levitas
illa deprehendi aliter quam sensu vix potest, nullo
paene momento ponderis aquis inter se distantibus.
nec levitatis in pluvia aqua argumentum est subisse
eam in caelum, cum etiam lapides subire appareat
cadensque inficiatur halitu terrae, quo fit ut pluviae
aquae sordium plurimum inesse sentiatur citissime-
33 que ideo calefiat aqua pluvia. nivem quidem
glaciemque subtilissimum elementi eius videri miror
adposito grandinum argumento, e quibus pestilentis-
simum potum esse convenit. nec vero pauci inter
ipsos e contrario ex gelu ac nivibus insaluberrimos
potus praedicant, quoniam exactum sit inde quod
tenuissimum fuerit. minui certe liquorem omnem
congelatione deprehenditur et rore nimio scabiem
fieri, pruina uredinem, cognatis et nivis causis.
34 pluvias quidem aquas celerrime putrescere convenit

[a] The opposite is the truth.

rightly condemn stagnant and sluggish waters, holding that running water is more beneficial, as it is made finer and more healthy by the mere agitation of the current. For this reason I am surprised that some physicians recommend highly water from cisterns. But these physicians put forward a reason; the lightest water, they say, is rain-water, seeing that it has been able to rise and to be suspended in the atmosphere. Therefore they also prefer snow and ice even more than snow, as though its texture were rarefied to the utmost; for, they say, snow and ice are lighter than water, and ice much lighter. To refute this view is a matter that is important to all men. For first of all, this lightness of water can be discovered with difficulty except by sensation, as the kinds of water differ practically nothing in weight. Nor is it proof of the lightness of rain water that it rose to the sky, since even stones are seen to do the same, and as it falls it is infected with exhalations from the earth. Hence it comes about that rain-water is found to be full of dirt, for which reason this water becomes hot very quickly. That snow indeed and ice should be considered the finest form of that element makes me wonder, when I have before me the evidence of hailstones, to drink the water of which it is agreed is most unwholesome. Not a few physicians however themselves maintain that hail and snow on the contrary make very unhealthy drink, since there has been taken from it what was its thinnest part. Certainly it is found that every liquid becomes smaller when frozen,[a] that too much dew brings blight, and hoar frost blast, effects caused by snow also being akin. Rain-water, it is agreed, becomes putrid very quickly, and it is the worst

minimeque durare in navigatione. Epigenes autem aquam quae septies putrefracta purgata sit tradit[1] amplius non putrescere. nam cisternas etiam medici confitentur inutiles alvo duritia faucibusque, etiam limi non aliis inesse plus aut animalium quae faciunt
35 taedium. at iidem[2] confitendum habent nec statim amnium utilissimas esse, sicuti nec torrentium ullius, lacusque plurimos salubres. quaenam igitur et cuius generis aptissimae? aliae alibi. Parthorum reges ex Choaspe et Eulaeo tantum bibunt, hae quamvis in longinqua comitantur illos. sed horum placere non quia sint amnes apparet, quoniam neque e Tigri neque Euphrate, neque e multis aliis bibunt.

36 XXII. Limus aquarum vitium est. si tamen idem amnis anguillis scateat, salubritatis indicium habetur, sicuti frigoris taeneas in fonte gigni. ante omnia autem damnantur amarae et quae sorbentem statim implent, quod evenit Trozene. nam nitrosas atque salmacidas in desertis Rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt ipsaque vescuntur polenta. damnantur in primis quae fonte caenum faciunt quaeque malum colorem bibentibus, refert et si vasa aerea inficiunt aut si legumina tarde percocunt, si liquatae lentiter[3] terram relinquunt
37 decoctaeque crassis obducunt vasa crustis. est etiamnum vitium non fetidae modo verum omnino quicquam resipientis, iucundum sit illud licet gratum-

[1] tradit *coni. Mayhoff*: perhibet R (?) *Detlefsen*, "*contra Plinii usum*" (*Mayhoff*).
[2] at iidem *coni. Mayhoff*, item *scribit*; *om. codd. et Detlefsen.*
[3] lente *coni. Warmington.*

water to stand a voyage. Epigenes, however, says that water which has become putrid and been purified seven times becomes putrid no more. But cistern water even physicians admit is harmful to the bowels and throat because of its hardness, and no other water contains more slime or disgusting insects. Yet it must be admitted, they hold, that river water is not *ipso facto* the most wholesome, nor yet that of any torrent whatsoever, while there are very many lakes that are wholesome. What water then, and of what kind, is the best? It varies with the locality. The kings of Parthia drink only of the Choaspes and the Eulaeus; water from these rivers is taken with them even into distant regions. But it is clear that the water of these rivers does not find favour just because they are rivers, for the kings do not drink from the Tigris, Euphrates, or many other rivers.

XXII. Slime in water is bad. If however the same river is full of eels, it is held to be a sign of wholesomeness, as it is of coldness for worms to breed in a spring. But before all are condemned bitter waters, and those that give a full feeling immediately after drinking, as does the water at Troezen. But the nitrous and salty-acid streams that in the desert flow to the Red Sea are made sweet within two hours if pearl barley is added, and the barley itself they eat. Especially are condemned waters that have mud at their source, and those that give a bad colour to those who drink of them. It also makes a difference if water stains bronze vessels, or if it cooks greens slowly, if when gently filtered out it leaves a sediment of earth, or when boiled thickly encrusts the vessel. Not only too is fetid water bad, but also that which tastes of anything at all, though the taste may be

que et ut saepe ad viciniam lactis accedens. aquam salubrem aeris quam simillimam esse oportet. unus in toto orbe traditur fons aquae iucunde olentis in Mesopotamia Chabura. fabulae rationem adferunt, quoniam eo Iuno perfusa sit. de cetero aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet.

38 XXIII. Quidam statera iudicant de salubritate, frustrante diligentia, quando perrarum est ut levior sit aliqua. certior subtilitas inter pares meliorem esse quae calefiat refrigereturque celerius. quin et haustam vasis, † ne manus pendeant,[1] depositisque † in humum tepescere adfirmant. ex quonam ergo genere maxime probabilis continget? puteis nimirum, ut in oppidis video constare, sed his quibus et exercitationis ratio crebro haustu contingit et illa
39 tenuitas colante terra. salubritati haec satis sunt. frigori et opacitas necessaria utque caelum videant. super omnia una observatio—eadem et ad perennitatem pertinet—ut illa e vado exiliat vena, non e lateribus. nam ut tactu gelida sit etiam arte contingit, si expressa in altum aut e sublimi deiecta verberatum corripiat aera. in natando quidem spiritum con-
40 tinentibus frigidior sentitur eadem. Neronis principis

[1] ne manus pendeant *codd.*: ne manus suspendant *Detlefsen*: ne manu pendeant *Mayhoff*, *qui post* vasis *add.* portatis.

---

[a] See Additional Note F.

pleasant and agreeable, or, as often happens, approaching that of milk. Wholesome water ought to be very like air. In the whole world one spring of water only is said to have a pleasant smell, and that is at Chabura in Mesopotamia; a reason is sought in the legend that with it Juno was bathed. Apart from this wholesome water should have no sort of taste or smell.

XXIII. Some judge the wholesomeness of water by means of the balance. This is wasted carefulness, for it is very rare for one water to be lighter than another. A more reliable and a delicate test is that, other things being equal, a water is better that becomes warm and cool more quickly. Moreover we are told that if drawn in vessels [without being weighed, *or* without being warmed by the hand] [a] and placed on the ground, the better water becomes warm. From what source then shall we obtain the most commendable water? From wells surely, as I see they are generally used in towns, but they should be those the water of which by frequent withdrawals is kept in constant motion, and those where due thinness is obtained by filtering through the earth. For wholesomeness so much suffices; for coolness both shade is necessary and that the well should be open to the air. One point above all must be observed—and this is also important for a continuous flow—well water should issue from the bottom, not the sides. But coolness to the touch can also be obtained artificially, if the water is forced aloft or let fall from a height, beating and absorbing the air. In swimming indeed the same water is felt to be cooler by those who hold their breath. It was a discovery of the Emperor Nero to boil water and cool it in a glass

inventum est decoquere aquam vitroque demissam in nives refrigerare. ita voluptas frigoris contingit sine vitiis nivis. omnem utique decoctam utiliorem esse convenit, item calefactam magis refrigerari, subtilissimo invento. vitiosae aquae remedium est, si decoquatur ad dimidias partes. aqua frigida ingesta sistitur sanguis. aestus in balneis arcetur, si quis ore teneat. quae sint haustu frigidissimae non perinde et tactu esse, alternante hoc bono, multi familiari exemplo colligunt.

41 XXIV. Clarissima aquarum omnium in toto orbe frigoris salubritatisque palma praeconio urbis Marcia est inter reliqua deum munera urbi tributa. vocabatur haec quondam Aufeia, fons autem ipse Pitonia. oritur in ultimis montibus Paelignorum, transit Marsos et Fucinum lacum, Romam non dubie petens. mox in specus mersa in Tiburtina se aperit novem milibus passuum fornicibus structis perducta. primus eam in urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius unus e regibus, postea Q. Marcius Rex in praetura, rursusque restituit M. Agrippa.

42 XXV. Idem et Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo duo milia passuum Praenestina via. iuxta est Herculaneus rivus, quem refugiens Virginis nomen obtinuit. horum amnium comparatione differentia supra dicta deprehenditur, cum quantum

vessel by thrusting it into snow. In this way is obtained a pleasant coolness without the injurious qualities of snow. At any rate it is agreed that all water is more serviceable when boiled, and that water which has been heated can be cooled to a greater degree—a most clever discovery. It purifies bad water to boil it down to one half. Cold water taken internally checks bleeding, and to hold it in the mouth prevents overheating in the bath. Water that is very cold to swallow is not always so to the touch; this good quality alternates,[a] as many find out by personal experience.

XXIV. The first prize for the coolest and most wholesome water in the whole world has been awarded by the voice of Rome to the Aqua Marcia, one of the gods' gifts to our city. This was once called the Aqua Aufeia, and the source itself Aqua Pitonia. It rises at the extreme end of the Paelignian range, crosses the country of the Marsi and the Fucine lake, plainly making straight for Rome. Next it sinks into the underground caves near Tibur, reappearing and completing its journey of nine more miles along an aqueduct. The first to begin the bringing of this water to Rome was one of the kings, Ancus Marcius; later, repairs were carried out by Quintus Marcius Rex in his praetorship, and again by Marcus Agrippa.

XXV. The same Agrippa also brought the Virgin Water to Rome from the bye-road, eight miles away, that extends two miles along the road to Praeneste. Nearby is the stream of Hercules, and because the Virgin Water runs away from this it was so named. A comparison of these rivers illustrates the difference

[a] We might say: "and *vice versa*."

Virgo tactu praestet, tantum praestet Marcia haustu, quamquam utriusque iam pridem urbi perit voluptas, ambitione avaritiaque in villas ac suburbana detorquentibus publicam salutem.

43 XXVI. Non ab re sit quaerendi aquas iunxisse rationem. repperiuntur in convallibus maxime et quodam convexitatis cardine aut montium radicibus. multi septentrionales ubique partes aquosas existimavere, qua in re varietatem naturae aperuisse conveniat. in Hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit, ideo silvigeri ab aquilonis tantum parte sunt. at Olympus, Ossa, Parnasus, Appenninus, Alpes undique vestiuntur amnibusque perfunduntur, aliqui ab austro, sicut in Creta Albi montes. nihil ergo in his perpetuae observationis iudicabitur.

44 XXVII. Aquarum sunt notae iuncus [1] et herba de qua dictum est multumque alicui loco pectore incubans rana. salix enim erratica et alnus aut vitex aut harundo aut hedera sponte proveniunt et conrivatione aquae pluviae in locum humiliorem e superioribus defluentis, augurio fallaci, certiore multo nebulosa exhalatione ante ortum solis longius intuentibns, quod quidam ex edito speculantur proni terram
45 adtingente mento. est et peculiaris aestimatio peritis tantum nota, quam ferventissimo aestu secuntur dieique horis ardentissimis, qualis ex quoque loco repercussus splendeat. nam si terra sitiente umidior

[1] *Post* iuncus *add.* aut harundo *codd.* *Cf. infra.*

[a] See § 40.

[b] This is bechion (tussilago); see XXVI. § 30.

mentioned above;[a] for the Aqua Marcia is as much superior to swallow as the Virgin is cool to touch. And yet Rome has long since lost the delights of each, for love of display and greed have diverted these means of public health to country seats and suburbs.

XXVI. It would be pertinent to add the method of searching for water. It is found mostly in enclosed valleys, and what may be called the hinge of converging slopes, or at the foot of mountains. Many have thought that everywhere the northern are the watery slopes. On this matter it would be well to point out the variableness of Nature. In the Hyrcanian mountains it does not rain on the southern slope, and so only on the north side are there woods. But Olympus, Ossa, Parnassus, the Apennines, and the Alps, are everywhere covered with trees and watered by rivers; others are so only on the south side, as are the White Mountains in Crete. So in this matter there will be no unvarying rule to follow. *Water-finding.*

XXVII. Signs of the presence of water are rushes, the plant about which I have spoken,[b] and frogs squatting on their chest in great numbers for any one place. For wild willow, alder, vitex, reed, or ivy, which grow spontaneously and where there is a settling of rain-water flowing from higher regions to one lower down, are deceptive indications; one much more reliable is a misty steam, visible from a distance before sunrise, for which some water-finders watch from a height, lying prone with their chin touching the earth. There is also a special sign, known only to experts, which they look for in the hottest season and in the most blazing heat of the day, the nature of the reflection that shines from each locality. For if one spot looks moister while the earth around is

46 est ille, indubitata spes promittitur. sed tanta oculorum intentione opus est ut indolescant. quod fugientes ad alia experimenta decurrunt, loco in altitudinum pedum quinque defosso ollisque e figlino opere crudis aut peruncta pelvi aerea,[1] cooperto,[2] lucernaque ardente concamarata frondibus, dein terra, si figlinum umidum ruptumve, aut in aere sudor vel lucerna sine defectu olei restincta aut etiam vellus lanae madidum repperiatur, non dubie promittunt aquas. quidam et igni prius excocunt locum tanto efficaciore vasorum argumento.

47 XXVIII. Terra vero ipsa promittit candicantibus maculis aut tota glauci coloris. in nigra enim scaturigines non fere sunt perennes. figularis creta semper adimit spes, nec amplius puteum fodiunt coria terrae observantes, ut a nigra descendat ordo
48 supra dictus. aqua semper dulcis in argillosa terra, frigidior in tofo. namque et hic probatur, dulces enim levissimasque facit et colando continet sordes. sabulum exiles limosasque promittit, glarea incertas venas, sed boni saporis, sabulum masculum et harena carbunculus certas stabilesque et salubres, rubra saxa optimas speique certissimae, radices montium saxosae et silex hoc amplius rigentes. oportet autem

[1] *Post* aerea *add.* lanae vellere *Mayhoff.*
[2] *Post* terra *trans.* cooperto *Detlefsen.*

[a] Mayhoff adds *lanae vellere* after *aerea*, comparing passages in Vitruvius, Palladius, and *Geoponica*. The asyndeton is awkward, and perhaps Pliny omitted to mention the wool in his first list, and when he came across it again in the second list, did not think it necessary for the sense to go back and add it to the previous clause.

parching, that is an infallible sign. But so great is the necessary strain on the eyes that pain results. To avoid this strain they have recourse to other tests. They dig a hole to the depth of five feet, covering it with jars of unbaked potters' clay, or else with a well-oiled bronze basin, and also a burning lamp arched over with foliage and earth on top; if the clay is found to be wet or broken, or if moisture covers the bronze, or the lamp goes out without any failure of oil, or perchance a flock of wool is wet,[a] then the finding of water is assured. Some also light a fire first and dry the hole, making yet more conclusive the evidence of the vessels.

XXVIII. The earth however itself guarantees water by white spots or by being green all over. For in black earth the springs are generally not permanent. Potters' clay always dashes hopes of water, and further well-digging ceases when it is observed that the earth's *strata* begin with black and go down in the order given above.[b] Water in clay is always sweet, but cooler in tufa. For tufa too is commended, for it makes water sweet and very light; acting as a strainer it keeps back any dirt. Loam[c] indicates scanty trickles with slime, gravel intermittent springs but of a good flavour, male loam[d] or carbunculus-sand[e] continuous streams, steady and wholesome; red rock points to the certain presence of excellent water; the rocky bases of mountains, or flint, point to the same kind of water, with great

[b] Apparently black, white, green.

[c] *Sabulum*, apparently soil containing coarse sand and clay.

[d] *Sabulum masculum* was coarse *sabulum*.

[e] See Varro I. 9, 2; earth so scorched by the sun that roots are charred.

fodienribus umidiores adsidue respondere glaebas
49 faciliusque ferramenta descendere. depressis puteis
sulpurata vel aluminosa occurrentia putearios necant.
experimentum huius periculi est demissa ardens
lucerna si extinguitur, tunc secundum puteum dextra
ac sinistra fodiuntur aestuaria quae graviorem illum
halitum recipiant. fit et sine his vitiis altitudine
ipsa gravior aer quem emendant adsiduo linteorum
iactatu eventilando. cum ad aquam ventum est, sine
50 harenato opus surgit ne venae obstruantur. quae-
dam aquae vere statim incipiente frigidiores sunt,
quarum non in alto origo est—hibernis enim constant
imbribus—quaedam a canis ortu, sicut in Macedoniae
Pella utrumque. ante oppidum enim incipiente
aestate frigida est palustris, dein maximo aestu in
excelsioribus oppidi riget. hoc et in Chio evenit
simili ratione portus et oppidi. Athenis Enneacrunos
nimbosa aestate frigidior est quam puteus in Iovis
horto, at ille siccitatibus riget. maxime autem putei
circa arcturum non ipsa aestate deficiunt, omnesque
quatriduo eo subsidunt, iam vero multi hieme tota, ut
51 circa Olynthum, vere primum aquis redeuntibus. in
Sicilia quidem circa Messanam et Mylas hieme in
totum inarescunt fontes, ipsa aestate exundant am-
nemque faciunt. Apolloniae in Ponto fons iuxta

---

[a] July 19. [b] About September 17.

coolness in addition. But as the diggers go deeper, the clods should prove continually moister, and the spades cut down more easily. When wells have been sunk deep, the well-diggers are killed if they meet with sulphurous or aluminous fumes. A test for this danger is to let down a lighted lamp and see if it goes out. If it does, vent-holes are sunk at the side of the well, on the right and on the left, to take off the oppressive gas. Apart from these injurious substances, mere depth makes the air oppressive; it is dissipated by continuous fanning with linen cloths. When water has been reached, walls are built from the bottom no cement being used lest the springs be dammed up. Some water, the source of which is not at a height, is cooler right from the beginning of spring—for it is made up of winter rain—some is cooler after the rising of the Dog-star [a]; in Macedonia at Pella are both kinds. For before the town there is a marsh stream that is cold at the beginning of summer; then in the higher parts of the town the water is very cold even in the height of summer. A similar phenomenon occurs in Chios also, the relative position of harbour and town being the same. At Athens, Enneacrunos in a cloudy summer is cooler than the well in the Garden of Juppiter, while this latter is very cold during summer droughts. Wells however generally run dry about Arcturus,[b] not in the actual summer, and all sink low during the four days of its rising. Moreover many wells fail throughout the winter, as those around Olynthus, the water returning first in the spring. In Sicily indeed, in the region of Messana and Mylae, springs in winter dry up altogether, but in the actual summer overflow and form rivers. At Apollonia in Pontus a spring

Wells and well-digging.

Cool waters.

mare aestate tantum superfluit et maxime circa canis ortum, parcius, si frigidior sit aestas. quaedam terrae imbribus sicciores fiunt, velut in Narniensi agro, quod admirandis suis inseruit M. Cicero, siccitate lutum fieri prodens, imbre pulverem.

52 XXIX. Omnis aqua hieme dulcior est, aestate minus, autumno minime, minusque per siccitates. neque aequalis amnium plerumque gustus est magna alvei differentia. quippe tales sunt aquae qualis terra per quam fluunt qualesve herbarum quas lavant suci. ergo idem amnes parte aliqua repperiuntur insalubres. mutant saporem et influentes rivi, ut Borysthenen, victique diluuntur. aliqui vero et imbre mutantur. ter accidit in Bosporo ut salsi deciderent necarentque frumenta, totiens et Nili rigua pluviae amara fecere magna pestilentia Aegypti.

53 XXX. Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant, sicut in Haemo obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia silvas cecidissent. plerumque vero damnosi torrentes conrivantur detracta collibus silva continere nimbos ac digerere consueta. et coli moverique terram callumque summae cutis solvi aquarum interest. proditur certe in Creta expugnato oppido quod vocabatur Arcadia cessasse fontes amnesque qui in eo situ multi erant rursus condito post sex annos emersisse, ut quaeque coepissent partes coli.

[a] Or: "disperse".

near the sea is flooded only in summer, and especially about the rising of the Dog-star, but less so if the summer is colder than usual. Certain lands become drier in rainy weather, as the region of Narnia; Marcus Cicero included this in his *Marvels*, saying that drought brings mud, and rain dust.

XXIX. All water is sweeter in winter, in summer less so, in autumn least, and less during droughts. The taste of rivers is usually variable, owing to the great difference in river beds. For waters vary with the land over which they flow, and with the juices of the plants they wash. Therefore the same rivers are found in some parts to be unwholesome. Tributaries too alter the flavour of a river, as do those of the Borysthenes, and being absorbed are diluted. Some rivers indeed are also changed by rain. Three times it has happened in the Bosphorus that salt rains fell and ruined the crops, and three times rains have made bitter the inundations of the Nile, a great plague for Egypt.

Varieties of water.

XXX. Springs arise often when woods have been cut down, being used up before as sustenance for the trees; this happened when Cassander was besieging the Gauls after the woods on Mount Haemus had been felled by them to make a rampart. Often indeed devastating torrents unite when from hills has been cut away the wood that used to hold the rains and absorb [a] them. It also improves the water supply for the earth to be dug and tilled, and for the hard surface crust to be broken up. It is at any rate reported that in Crete, when a town called Arcadia had been stormed, the many springs and rivers of that region went dry, and six years afterwards, when the town was rebuilt, they reappeared, as each piece of land

Various phenomena of water.

54 Terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas, sicut circa Pheneum Arcadiae quinquies accidisse constat. sic et in Coryco monte amnis erupit posteaque [1] coeptus est coli. illa mutatio mira, cuius causa nulla evidens apparet, sicut in Magnesia e calida facta frigida, salis non mutato sapore, et in Caria, ubi Neptuni templum est, amnis qui fuerat ante dulcis
55 mutatus in salem est. et illa miraculi plena, Arethusam Syracusis fimum redolere per Olympia, verique simile, quoniam Alpheus in eam insulam sub maria permeet. Rhodiorum fons in Cherroneso nono anno purgamenta egerit. mutantur et colores aquarum, sicut Babylone lacus aestate rubras habet
56 diebus undecim. et Borysthenes statis [2] temporibus caeruleus fertur, quamquam omnium aquarum tenuissimus, ideoque innatans Hypani, in quo et illud mirabile, austris flantibus superiorem Hypanim fieri. sed tenuitatis argumentum et aliud est quod nullum halitum, non modo nebulam emittit. qui volunt diligentes circa haec videri dicunt aquas graviores post brumam fieri.

57 XXXI. Ceterum a fonte duci fictilibus tubis utilissimum est crassitudine binum digitorum, commissuris pyxidatis ita ut superior intret, calce viva ex oleo

[1] posteaque *codd.*: posteaquam *cod.* a *vulg.*, *Detlefsen.*
[2] statis *Mayhoff ex Athen. II.* 16: aestatis *codd.*, *Detlefsen.*

---

[a] With the reading *posteaquam*: "after it came under cultivation."
[b] The MSS. reading: "in summer time." Perhaps *aestatis* because a scribe had just written *aestate.*

came under cultivation. Earthquakes too make water break out or swallow it up, for example, as is well known, around Pheneus in Arcadia this has happened five times. Thus too on Mount Corycus a river burst out, but afterwards [a] came to be tilled ground. Any change is startling when no obvious reason for it is to be seen. In Magnesia for instance hot water became cold but its salty flavour remained unaltered; while in Caria, where the temple of Neptune is, a river which before had been sweet was changed to salt. The following phenomena too are very wonderful: the Arethusa at Syracuse smells of dung during the Olympian games, a likely thing, for the Alpheus crosses to that island under the bed of the seas. A spring in the Rhodian Chersonesus pours out refuse every ninth year. The colour too of water changes, for example at Babylon a lake in summer has red water for eleven days, and the Borysthenes at fixed intervals [b] flows[c] with a blue colour, although of all waters it is the thinnest, and for that reason flows above the Hypanis. Wherein is another marvel: when south winds blow the Hypanis goes above. But other evidence for the thinness of the Borysthenes is that it gives out no exhalation, not to say no mist. Those who wish to be thought careful enquirers into these matters say that water becomes heavier after the winter solstice.

XXXI. For the rest, the best way for water to be brought from a spring is in earthenware pipes two fingers [d] thick, the joints boxed together so that the upper pipe fits into the lower, and smoothed with quicklime and oil. The gradient of the water should *Water pipes.*

[c] It is less likely that *fertur* means "is said (to be)."
[d] The *digitus* was about one inch.

levigatis. libramentum aquae in centenos pedes
sicilici minimum erit, si cuniculo veniet, in binos actus
lumina esse debebunt. quam surgere in sublime
opus fuerit plumbo veniat. subit altitudinem exortus
sui. si longiore tractu veniet, subeat crebro descend-
58 atque, ne libramenta pereant. fistulas denum pedum
longitudinis esse legitimum est et si quinariae erunt
sexagena pondo pendere, si octonariae centena, si
denariae centena vicena, ac deinde ad has portiones.
denaria appellatur cuius lamnae latitudo, antequam
curvetur, digitorum decem est, dimidioque eius
quinaria. in anfractu omni collis quinariam fieri, ubi
dometur impetus, necessarium est, item castella,
prout res exigit.

59 XXXII. Homerum calidorum fontium mentionem
non fecisse demiror, cum alioqui lavari calida fre-
quenter induceret, videlicet quia medicina tunc non
erat haec quae nunc aquarum perfugio utitur. est
autem utilis sulpurata nervis, aluminata paralyticis
aut simili modo solutis, bituminata aut nitrosa, qualis
60 Cutilia est, bibendo atque purgationibus. plerique
in gloria ducunt plurimis horis perpeti calorem earum,
quod est inimicissimum, namque paulo diutius quam
balineis uti oportet, ac postea frigida dulci, nec sine
oleo discedentes, quod vulgus alienum arbitratur,
idcirco non alibi corporibus magis obnoxiis, quippe et
vastitate odoris capita replentur et frigore infestantur
sudantia, reliqua corporum parte mersa. similis

[a] The *actus* was 120 feet long.
[b] I.e. of sulphur.

be at least a quarter of an inch every hundred feet; should it come in a tunnel, there must be vent holes every two *actus*.[a] When water is required to form a jet, it should come in lead pipes. Water rises as high as its source. If it comes from a long distance, the pipe should frequently go up and down, so that no momentum may be lost. The usual length for a piece of piping is ten feet; five-finger lengths should weigh 60 pounds, eight-finger lengths 100 pounds, ten-finger lengths 120 pounds, and so on in proportion. A ten-finger pipe is so called when the breadth of the strip before bending is ten fingers, and one half as large a five-finger pipe. At every bend of a hill where the momentum must be controlled, it is necessary to use a five-finger pipe; reservoirs must be made according as circumstances require.

Hot and medicinal springs.

XXXII. I wonder that Homer made no mention of hot springs, and that though he frequently speaks of hot baths, the reason being that modern hydropathic treatment was not then a part of medicine. Sulphur waters, however, are good for the sinews, alum waters for paralysis and similar cases of collapse, waters containing bitumen and soda, such as that of Cutilia, are good for drinking and as a purge. Many people make a matter of boasting the great number of hours they can endure the heat of these sulphur waters—a very injurious practice, for one should remain in them a little longer than in the bath, afterwards rinse in cool, fresh water, and not go away without a rubbing with oil. The common people find these details irksome, and so there is no greater risk to health than this treatment, because an overpowering smell [b] goes to the head, which sweats and is seized with chill, while the rest of the body is im-

error, quam plurimo potu gloriantur. vidique iam turgidos bibendo in tantum ut anuli integerentur cute, cum reddi non posset hausta multitudo aquae. nec hoc ergo fieri convenit sine crebro salis gustu.
61 utuntur et caeno fontium ipsorum utiliter, sed ita si inlitum sole inarescat. nec vero omnes quae sint calidae medicatas esse credendum, sicut in Segesta Siciliae, Larisa Troade,[1] Magnesia, Melo, Lipara. nec decolor species aeris argentive, ut multi existimaverunt, medicaminum argumentum est, quando nihil eorum in Patavinis fontibus, ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur.

62 XXXIII. Medendi modus idem et in marinis erit quae calefiunt ad nervorum dolores, feruminanda a fracturis ossa contusa, item corpora siccanda, qua de causa et frigido mari utuntur. praeterea est alius usus multiplex, principalis vero navigandi phthisi adfectis, ut diximus, aut sanguine egesto, sicut proxime Annaeum Gallionem fecisse post consula-
63 tum meminimus. neque enim Aegyptus propter se petitur, sed propter longinquitatem navigandi. quin et vomitiones ipsae instabili volutatione commotae plurimis morbis capitis, oculorum, pectoris medentur omnibusque propter quae helleborum bibitur. aquam vero maris per se efficaciorem discutiendis tumoribus putant medici, si illa decoquatur hordeacia farina, ad

[1] *Inter* Larisa *et* Troade *comma multi edd.*

---

[a] See XXIV. § 28 and XXVIII. § 54.

mersed. Those make a like mistake who boast of the great quantity they can drink. I have seen some already swollen with drinking to such an extent that their rings were covered by skin, since they could not void the vast amount of water they had swallowed. So it is not good to drink these waters without a frequent taste of salt. The mud too of medicinal springs is used with advantage, but the application should be dried in the sun. We must not think, however, that all hot waters are medicinal; for there are those at Segesta in Sicily, at Larisa in the Troad, at Magnesia, in Melos and Lipara. Nor is the discoloration of bronze or silver a proof, as many have thought, of medicinal properties, since there are none in the springs of Patavium. Between medicinal and other water there is not even a difference of smell to be detected.

XXXIII. The same method of treatment will also apply to sea water, which is used hot for pains in the sinews, for joining fractured bones, and for bruised bones; also for drying the body, in which treatment cold sea water is also employed. There are besides many other uses, the chief however being a sea voyage for those attacked by consumption, as I have said,[a] and for haemoptysis, such as quite recently within our memory was taken by Annaeus Gallio after his consulship. Egypt is not chosen for its own sake, but because of the length of the voyage. Moreover the mere sea-sickness caused by rolling and pitching are good for very many ailments of the head, eyes, and chest, as well as for all complaints for which hellebore is given. Sea water indeed by itself physicians think to be more efficacious for dispersing tumours, if with it a decoction is made of barley meal for parotid swell-

Medicinal uses of sea water.

parotidas. emplastris etiam, maxime albis et malag-
64 matis miscent, prodest et infusa crebro ictu. bibitur
quoque, quamvis non sine iniuria stomachi, ad pur-
ganda corpora bilemque atram aut sanguinem con-
cretum reddendum alterutra parte. quidam et in
quartanis dedere eam bidendam et in tenesmis
articulariisque morbis adservatam in hoc, vetustate
virus deponentem, aliqui decoctam, omnes ex alto
haustam nullaque dulcium mixtura corruptam. in quo
usu praecedere vomitum volunt. tunc quoque
65 acetum aut vinum ea aqua miscent. qui puram
dedere raphanos supermandi ex mulso aceto iubent,
ut ad vomitiones revocent. clysteribus quoque
marinam infundunt tepefactum. testium quidem
tumorem fovendo non aliud praeferunt, item pernio-
num vitio ante ulcera, simili modo pruritibus, psoris et
lichenum curationi. lendes quoque et taetra capitis
animalia hac curantur. et liventia reducit eadem
ad colorem.[1] in quibus curationibus post marinam
aceto calido fovere plurimum prodest. quin et ad
ictus venenatos salutaris intellegitur, ut phalangi-
orum et scorpionum, et ptyade aspide respersis,
66 calida autem in his adsumitur. suffitur eadem cum
aceto capitis doloribus. tormina quoque et choleras
calida infusa clysteribus sedant. difficilius per-
frigescunt marina calefacta. mammas sororientes,
praecordia maciemque corporis piscinae maris corri-
gunt, aurium gravitatem, capitis dolores cum aceto
ferventium vapor. rubiginem ferro marinae celer-

[1] colorem *Mayhoff*: colores *codd., contra Plinii usum.*

[a] White plasters were made with *cerussa*, white lead. See Celsus V. 19, 2.

ings. It is also an ingredient of plasters, especially white plasters,[a] and poultices. It is beneficially used too when poured over in frequent douches. It is also drunk, though not without harm to the stomach, for purging the body and for getting rid of black bile or clotted blood by vomit or stool. Some have also given it to be drunk in quartan agues, in tenesmus, and for diseased joints, keeping it for this purpose, for age takes away its injurious qualities. Some boil it; all draw it up out at sea, use it unspoiled by any addition of fresh water, and in using this remedy prefer that an emetic should precede the draught. Then also they mix with the water vinegar or wine. Those who have given it pure, recommend to eat afterwards radishes with oxymel to provoke further vomiting. Sea water warmed is also injected as an enema. Nothing is preferred to it for fomenting swollen testicles, or for bad chilblains before ulceration; similarly for itching, psoriasis, and the treatment of lichen. Nits too and foul vermin on the head are treated with sea water. It also restores the natural colour to livid patches. In this treatment it is of very great advantage to foment with hot vinegar after the sea water. It is moreover known to be healing for poisonous stings, as of spiders and scorpions, and for persons wetted by the spittle of the asp *ptyas*, but for these purposes it is employed hot. Steam from sea water and vinegar is beneficial for headaches. Colic too and cholera are relieved by warm enemas of sea water. Things warmed by it are harder to cool thoroughly. Swollen breasts, the viscera, and emaciation, are rectified by sea baths, deafness and headache by the vapour of boiling sea water and vinegar. Sea water removes

rime exterunt, pecorum quoque scabiem sanant lanasque emolliunt.

67 XXXIV. Nec ignoro haec mediterraneis supervacua videri posse. verum et hoc cura providit inventa ratione qua sibi quisque aquam maris faceret. illud in ea ratione mirum, si plus quam sextarius salis in quattuor sextarios aquae mergatur, vinci aquam salemque non liquari. cetero sextarius salis cum quattuor aquae sextariis salsissimi maris vim et naturam implet. moderatissimum autem putant supra dictam aquae mensuram octonis cyathis salis temperari, quoniam ita et nervos excalefaciat et corpus non exasperet.

68 XXXV. Inveteratur et quod vocant thalassomeli aequis portionibus maris, mellis, imbris. ex alto et ad hunc usum advehunt fictilique vaso et picato condunt. prodest ad purgationes maxime sine stomachi vexatione et sapore grato et odore.

69 XXXVI. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur adpetentibus vini aegris veluti innocentiore potu, damnatum iam multis annis, isdem vitiis quibus vinum nec isdem utilitatibus.

70 XXXVII. Quia saepe navigantes defectu aquae dulcis laborant, haec quoque subsidia demonstrabimus. expansa circa navem vellera madescunt accepto halitu maris, quibus dulcis umor exprimitur, item demissae reticulis in mare concavae ex cera pilae vel vasa

[a] It is hard to reconcile this remark with the many prescriptions containing *hydromeli* (*aqua mulsa*) in Pliny. Perhaps there is a reference here to a particular kind of hydromel.

very quickly rust from iron, heals too scab on sheep, and softens wool.

XXXIV. I am well aware that to inland dwellers these remarks may appear superfluous, but research has provided for this also by discovering a method whereby every man may make sea water for himself. In this method there is one strange feature: if more than a sextarius of salt is dropped into four sextarii of water, the water is overpowered, and the salt does not dissolve. However, a sextarius of salt and four sextarii of water give the strength and properties of the saltest sea. But it is thought that the most reasonable proportion is to compound the measure of water given above with eight cyathi of salt. This mixture warms the sinews without chafing the skin.

XXXV. What is called thalassomeli is a mixture, *Thalassomeli.* kept till old, of sea water, honey, and rain water in equal proportions. For this purpose too the water is brought from out at sea, and the mixture is stored in an earthenware vessel lined with pitch. It is good especially for purges, does not disturb the stomach, and has a pleasant flavour and smell.

XXXVI. Hydromel too is a mixture once prepared *Hydromel.* from pure rainwater and honey, to be given as a less injurious drink to patients who craved for wine. It has been condemned now for many years [a] as having all the faults of wine with none of its advantages.

XXXVII. Because those at sea often suffer from *Fresh water from the sea.* the failure of fresh water, I shall describe ways of meeting this difficulty. If spread around a ship, fleeces become moist by absorption of evaporated sea water, and from them can be squeezed water which is fresh. Again, hollow wax balls, let down into the sea in nets, or empty vessels with their

inania opturata dulcem intra se colligunt umorem. nam in terra marina aqua argilla percolata dulcescit.
71 luxata corpora et hominum et quadrupedum natando in cuius libeat generis aqua facillime in artus redeunt. est et in metu peregrinantium ut temptent valitudinem aquae ignotae. hoc cavent e balneis egressi statim frigidam suspectam hauriendo.

72 XXXVIII. Muscus qui in aqua fuerit podagris inlitus prodest, item oleo admixto talorum dolori tumorique. spuma aquae adfrictu verrucas tollit, nec non harena litorum maris, praecipue tenuis et sole candens. in medicina est siccandis corporibus coopertis hydropicorum aut rheumatismos sentientium. et hactenus de aquis, nunc de aquatilibus. ordiemur autem ut in reliquis a principalibus eorum quae sunt salsa ac spongea.

73 XXXIX. Sal omnis aut fit aut gignitur, utrumque pluribus modis, sed causa gemina, coacto umore vel siccato. siccatur in lacu Tarentino aestivis solibus, totumque stagnum in salem abit, modicum alioqui, altitudine genua non excedens, item in Sicilia in lacu qui Cocanicus vocatur et alio iuxta Gelam. horum extremitates tantum inarescunt, sicut in Phrygia, Cappadocia, Aspendi, ubi largius coquitur et usque ad medium. aliud etiam in eo mirabile quod tantundem nocte subvenit quantum die auferas. omnis e
74 stagnis sal minutus atque non glaeba est. aliud genus ex aquis maris sponte gignitur spuma in extremis litoribus ac scopulis relicta. hic omnis rore

mouth sealed, collect fresh water inside. But on land sea water is made fresh by filtering through clay. Dislocated limbs of both man and quadrupeds are very easily re-set by swimming in any kind of water. Travellers too are sometimes afraid lest unknown water should endanger their health. A precaution against this danger is to drink the suspected water cold immediately on leaving the bath.

XXXVIII. An application of moss that has grown in water is good for gout, and mixed with oil for painful and swollen ankles. Rubbing with foam of water removes warts, as does also sand of the sea shores, especially fine sand whitened by the sun; it is used in medicine as a covering for drying the bodies of patients suffering from dropsy or catarrhs. So much for waters; now for the products of water. I shall begin, as elsewhere, with the chief of them, that is, with salts and sponge. *Moss as a cure.*

XXXIX. All salt is artificial or native; each is formed in several ways, but there are two agencies, condensation or drying up of water. It is dried out of the Tarentine lake by summer sun, when the whole pool turns into salt, although it is always shallow, never exceeding knee height, likewise in Sicily from a lake, called Cocanicus, and from another near Gela. Of these the edges only dry up; in Phrygia, Cappadocia, and at Aspendus, the evaporation is wider, in fact right to the centre. There is yet another wonderful thing about it: the same amount is restored during the night as is taken away during the day. All salt from pools is fine powder, and not in blocks. Another kind produced from sea water spontaneously is foam left on the edge of the shore and on rocks. All this is condensation from drift, *Salt, artificial and native.*

densatur, et est acrior qui in scopulis invenitur. sunt
etiamnum naturales differentiae tres. namque in
Bactris duo lacus vasti, alter ad Scythas versus alter
ad Arios, sale exaestuant, sicut ad Citium in Cypro
et circa Memphin extrahunt e lacu, dein sole siccant.
75 sed et summa fluminum densantur in salem amne
reliquo veluti sub gelu fluente, ut apud Caspias portas
quae salis flumina appellantur, item circa Mardos et
Armenios. praeterea et apud Bactros amnis Ochus
et Oxus ex adpositis montibus deferunt salis ramenta.
76 sunt et in Africa lacus, et quidem turbidi, salem
ferentes. ferunt quidem et calidi fontes, sicut
Pagasaei. et hactenus habent se genera ex aquis
77 sponte provenientia. sunt et montes nativi salis, ut
Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo caeditur
renascens, maiusque regum vectigal ex eo est quam
ex auro atque margaritis. effoditur e terra, ut palam
est umore densato, in Cappadocia. ibi quidem caedi-
tur specularium lapidum modo. pondus magnum
78 glaebis quas micas vulgus appellat. Gerris Arabiae
oppido muros domosque e massis salis faciunt aqua
feruminantes. invenit et iuxta Pelusium Ptolo-
maeus rex, cum castra faceret. quo exemplo postea
inter Aegyptum et Arabiam etiam squalentibus locis
coeptus est inveniri detractis harenis, qualiter et per
Africae sitientia usque ad Hammonis oraculum, is
79 quidem crescens cum luna noctibus. nam et Cyre-

and that found on rocks has the sharper taste. There are also three different kinds of native salt; for in Bactra are two vast lakes, one facing the Scythians, the other the Arii, which exude salt, while at Citium in Cyprus and around Memphis salt is taken out of a lake and then dried in the sun. But the surface too of rivers may condense into salt, the rest of the stream flowing as it were under ice, as near the Caspian Gates are what are called "rivers of salt," also around the Mardi and the Armenians. Moreover, in Bactria too the rivers Ochus and Oxus bring down scrapings of salt from nearby mountains. There are also lakes in Africa, and that muddy ones, which carry salt. Indeed hot springs too carry it, such as those at Pagasae. So much for the different kinds of salt which come, as natural products, from waters. There are also mountains of natural salt, *Block salt.* such as Oromenus in India, where it is cut out like blocks of stone from a quarry, and ever replaces itself, bringing greater revenues to the rajahs than those from gold and pearls. It is also dug out of the earth in Cappadocia, being evidently formed by condensation of moisture. Here indeed it is split into sheets like mica; the blocks are very heavy, nicknamed by the people "grains." At Gerra, a town of Arabia, the walls and houses are made of blocks of salt cemented with water. Near Pelusium too King Ptolemy found salt when he was making a camp. This led afterwards to the discovery of salt by digging away the sand even in the rough tracts between Egypt and Arabia, as it is also found as far as the oracle of Hammon through the parched deserts of Africa, where at night it increases as the moon waxes. But the region of Cyrenaica too is

naici tractus nobilitantur Hammoniaco et ipso, quia sub harenis inveniatur, appellato. similis est colore alumini quod schiston vocant, longis glaebis neque perlucidis, ingrato sapore, sed medicinae utilis. probatur quam maxime perspicuus, rectis scissuris. insigne de eo proditur quod levissimus intra specus suos in lucem universam prolatus vix credibili pondere ingravescat. causa evidens, cuniculorum spiritu madido sic adiuvante molientes ut adiuvant aquae. adulteratur Siculo quem Cocanicum appellavimus,
80 nec non et Cyprio mire simili. in Hispania quoque citeriore Egelestae caeditur glaebis paene translucentibus cui iam pridem palma a plerisque medicis inter omnia salis genera perhibetur. omnis locus in quo repperitur sal sterilis est nihilque gignit. et in
81 totum sponte nascens intra haec est. facticii varia genera, volgaris plurimusque in salinis mari adfuso non sine aquae[1] dulcis[2] riguis, sed imbre maxime iuvante ac super omnia sole multo,[3] aliter non inarescens. Africa circa Uticam construit acervos salis ad collium speciem, qui ubi sole lunaque induruere, nullo umore liquescunt vixque etiam ferro caeduntur. fit tamen et in Creta sine riguis mare in salinas infundentibus et circa Aegyptum ipso mari

[1] aquae d: aquis VRE, *Mayhoff*.
[2] dulcis *codd.*: dulcibus *Mayhoff*.
[3] *Post* multo *in* VR que: *Mayhoff* multo assiduoque *coni.*, multo altoque *Brakman*.

---

[a] This salt consists of chlorides of sodium, calcium, and magnesium. The Greek for "sand" is ἄμμος.
[b] I.e. "cleft."
[c] See § 73.
[d] Brakman's *alto* would mean "overhead." Mayhoff also conjectures *lunaque*, as just below.

famous for Hammoniac salt, itself so called because it is found under the sand.[a] It is in colour like the alum called *schiston*,[b] consisting of long opaque slabs, of an unpleasant flavour, but useful in medicine. That is most valued which is most transparent and splits into straight flakes. A remarkable feature is reported of it: of very little weight in its underground pits, when brought into the light of day it becomes incredibly heavy. The reason is obvious; the damp breath of the pits helps the workers by supporting the weight as does water. It is adulterated by the Sicilian salt I have said[c] comes from the lake Cocanicus, as well as by Cyprian salt, which is wonderfully like it. In Hither Spain too at Egelesta salt is cut into almost transparent blocks; to this for some time past most physicians have given the first place among all kinds of salt. Every region in which salt is found is barren, and nothing will grow there. To speak generally, these remarks about the various kinds of native salt are comprehensive. Of artificial salt there are various kinds. The usual one, and the most plentiful, is made in salt pools by running into them sea water not without streams of fresh water, but rain helps very much, and above all much ⟨warm⟩[d] sunshine, without which it does not dry out. In Africa around Utica are formed heaps of salt like hills: when they have hardened under sun and moon, they are not melted by any moisture, and even iron cuts them with difficulty. It is also however made in Crete without fresh water[e] by letting the sea flow into the pools, and around Egypt by the sea itself,

Artificial salts.

[e] K. C. Bailey in *Hermathena* for 1926 points out that fresh water could be profitably used only for washing salt already obtained by evaporation.

influente in solum, ut credo, Nilo sucosum. fit et
82 puteis in salinas ingestis. prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur oleo simile, quo et in lucernis utuntur. hoc detracto subest sal. et in Cappadocia e puteis ac fonte aquam in salinas ingerunt. in Chaonia excocunt aquam ex fonte refrigerandoque salem faciunt inertem nec candidum. Galliae Germaniaeque ardentibus lignis aquam salsam infundunt.

83 XL. Hispaniae quadam sui parte e puteis hauriunt muriam appellantes. illi quidem et lignum referre arbitrantur. quercus optima, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat, alibi corylus laudatur. ita infuso liquore salso arbor[1] etiam in salem vertitur. quicumque ligno confit sal niger est. apud Theophrastum invenio Umbros harundinis et iunci cinerem decoquere aqua solitos donec exiguum superesset umoris. quin et e muria salsamentorum recoquitur iterumque consumpto liquore ad naturam suam redit, vulgo e menis iucundissimus.

84 XLI. Marinorum maxume laudatur Cyprius a Salamine, de stagnis Tarentinus ac Phrygius qui Tattaeus vocatur. hi duo oculis utiles. e Cappadocia qui in laterculis adfertur cutis nitorem dicitur

[1] arbor E *Detlefsen, Mayhoff*: carbo *ceteri codd., vulg.*

---

[a] Mayhoff takes this sentence as part of the last. It may be a parenthesis.

[b] The well attested *carbo* makes good sense, and it bears a strong resemblance to *arbor*. The former is obviously an easier reading, so perhaps Detlefsen and Mayhoff have chosen the harder.

which penetrates the soil, soaked as I believe it is, by the Nile. Salt is also made by pouring water from wells into salt pools. At Babylon the first condensation solidifies into a liquid bitumen like oil, which is also used in lamps. When this is taken away, salt is underneath. In Cappadocia too they bring water into salt pools from wells and a spring. In Chaonia there is a spring, from which they boil water, and on cooling obtain a salt that is insipid and not white. In the provinces of Gaul and Germany they pour salt water on burning logs. XL. (In one part of the provinces of Spain they draw the brine from wells and call it *muria.*[a]) The former indeed think that the wood used also makes a difference. The best is oak, for its pure ash by itself has the properties of salt; in some places hazel finds favour. So when brine is poured on it even wood [b] turns into salt. Whenever wood is used in its making salt is dark. I find in Theophrastus that the Umbrians were wont to boil down in water the ash of reeds and rushes, until only a very little liquid remained. Moreover, from the liquor of salted foods salt is recovered by reboiling, and when evaporation is complete its saline character is regained. It is generally thought that the salt obtained from sardine brine is the most pleasant.

XLI. Of sea salt the most in favour comes from Salamis in Cyprus, of pool salt that from Tarentum and that from Phrygia which is called Tattaean. The last two are useful for the eyes. The salt imported from Cappadocia in little bricks [c] is said to impart a gloss to the skin. But the salt I have said *Salts from various localities.*

[c] Littré has: "dans des vaisseaux de brique."

facere. magis tamen extendit is quem Citium appellavimus, itaque a partu ventrem eo cum melanthio inlinunt.
85 salissimus sal qui siccissimus, suavissimus omnium Tarentinus atque candidissimus est,[1] de cetero fragilis qui maxime candidus. pluvia dulcescit omnis, suaviorem tamen rores faciunt, sed copiosum aquilonis flatus. austro non nascitur. flos salis non fit nisi aquilonibus. in igni nec crepitat nec exilit Tragasaeus neque Acanthius ab oppido appellatus,
86 nec ullius spuma aut [2] ramenta aut tenuis.[3] Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit.[4] sunt et colorum differentiae. rubet Memphi, rufus est circa Oxum, Centuripis purpureus, circa Gelam in eadem Sicilia tanti splendoris ut imaginem recipiat. in Cappadocia crocinus effoditur, tralucidus et odoratissimus. ad medicinae usus antiqui Tarentinum maxime laudabant, ab hoc quemcumque e marinis, ex eo genere spumeum praecipue, iumentorum vero et boum oculis Tragasaeum et Baeticum.
87 ad opsonium et cibum utilior quisquis facile liquescit, item umidior, minorem enim amaritudinem habent, ut Atticus et Euboicus. servandis carnibus aptior acer et siccus, ut Megaricus. conditur etiam odoribus additis et pulmentarii vicem implet, excitans aviditatem invitansque in omnibus cibis ita, ut sit

[1] est *Urlichs, Detlefsen*: set *Mayhoff*: et *codd.*
[2] aut at Er: aut ab *Detlefsen*: *om.* at *ceteri codd.*
[3] ramenta aut tenuis *ego*: ramento tenuis *Detlefsen*: ramentum tenuius *Mayhoff*: ramento aut tenuis *codd.*
[4] ignium patiens ex aqua exilit *Detlefsen, Mayhoff, codd.* ignis impatiens atque exilit *K. C. Bailey.*

[a] See § 74.
[b] See XIII. § 14 and XXXI. § 90.
[c] Tragasa and Acanthus.

comes from Citium[a] smooths the skin better, and so after child-birth it is applied with melanthium to the abdomen. The saltest salt is the driest, the most agreeable and whitest of all is the Tarentine; for the rest, it is the whitest that is the most friable. All salt is made sweet by rain water, more agreeable, however, by dew, but plentiful by gusts of north wind. It does not form under a south wind. Flower of salt[b] forms only with north winds. Tragasaean salt and Acanthian, so named after towns,[c] neither crackles nor sputters in a fire, nor does froth[d] of any salt, or scrapings, or powder. Salt of Agrigentum submits to fire and sputters in water.[e] The colour too of salt varies: blushing red at Memphis, tawny red near the Oxus, purple at Centuripae, it is of such brightness near Gela (also in Sicily) that it reflects an image. In Cappadocia salt is quarried of a saffron colour, transparent, and very fragrant. For medicinal purposes the ancients used to favour most highly Tarentine salt, next, all kinds of sea salt, and of these especially that from foam, while for the eyes of draught animals and cattle salt of Tragasa and Baetica. To season meats and foods the most useful one melts easily and is rather moist, for it is less bitter, such as that of Attica and Euboea. For preserving meat the more suitable salt is sharp and dry, like that of Megara. A conserve too is made with fragrant additions, which is used as a relish, creating and sharpening an appetite for every kind

Other varieties.

[d] See § 74.

[e] K. C. Bailey's emendation in *Hermathena* 1926 is contrary to passages in Isodore (16. 2. 4 and 14. 6. 34), Solinus (*Polyist.* 5. 18), and Augustine (*De Civ. Dei* 21. 5). He suggests that either "Agrigentum salt" was lime, or that a mistake occurred in Pliny's MSS. very early.

peculiaris ex eo intellectus inter innumera condi-
88 menta ciborum item in mandendo quaesitus garo.[1] quin et pecudes armentaque et iumenta sale maxime sollicitantur ad pastus multum largiore lacte multoque gratiore etiam in caseo dote. ergo, Hercules, vita humanior sine sale non quit degere,[2] adeoque necessarium elementum est uti transierit intellectus ad voluptates animi quoque nimias.[3] sales appellantur, omnisque vitae lepos et summa hilaritas laborumque requies non alio magis vocabulo constat.
89 honoribus etiam militiaeque interponitur salariis inde dictis magna apud antiquos auctoritate, sicut apparet ex nomine Salariae viae, quoniam illa salem in Sabinos portari convenerat. Ancus Marcius rex salis modios $\overline{\text{VI}}$ in congiario dedit populis et salinas primus instituit. Varro etiam pulmentarii vice usos veteres auctor est, et salem cum pane esitasse eos proverbio apparet. maxime tamen in sacris intellegitur auctoritas, quando nulla conficiuntur sine mola salsa.

90 XLII. Salinarum sinceritas summam fecit suam differentiam quandam favillam salis quae levissima ex eo est et candidissima. appellatur et flos salis in totum diversa res umidiorisque naturae et crocei coloris aut rufi, veluti rubigo salis, odore quoque

[1] item in mandendo quaesitus garo *Mayhoff*: ciborum in mandendo quaesitus garo *Detlefsen*: item E[2] a: ita E[1]: iterum *multi codd.*: " *locus adhuc corruptus* " (*Mayhoff*).

[2] degere *codd. et edd.*: degi *coni. Mayhoff*: degier *coni. Brakman.*

[3] nimias *ego*: eximias *Mayhoff*: nimia *codd.*: *del. Detlefsen.*

---

[a] The exact text is very uncertain, but the general sense is clear.

of food, so that in innumerable seasonings it is the taste of salt that predominates, and it is looked for when we eat garum.[a] Moreover sheep, cattle, and draught animals are encouraged to pasture in particular by salt; the supply of milk is much more copious, and there is even a far more pleasing quality in the cheese. Therefore, Heaven knows, a civilized life is impossible without salt, and so necessary is this basic substance that its name is applied metaphorically even to intense mental pleasures. We call them *sales* (wit); all the humour of life, its supreme joyousness, and relaxation after toil, are expressed by this word more than by any other. It has a place in magistracies also and on service abroad, from which comes the term "salary" (salt money); it had great importance among the men of old, as is clear from the name of the Salarian Way, since by it, according to agreement, salt was imported to the Sabines. King Ancus Marcius gave a largess to the people of 6,000 bushels of salt, and was the first to construct salt pools. Varro too is our authority that the men of old used salt as a relish, and that they ate salt with their bread is clear from a proverb.[b] But the clearest proof of its importance lies in the fact that no sacrifice is carried out without the *mola salsa* (salted meal).

Value of salt.

XLII. Salt-pools have reached their highest degree of purity in what may be called embers of salt, which is the lightest and whitest of its kind. "Flower of salt" is also a name given to an entirely different thing, with a moister nature and a saffron or red colour, a kind of salt rust; it has an unpleasant smell,

[b] We do not know the proverb referred to, but several suitable ones suggest themselves.

ingrato ceu gari dissentiens a sale, non modo a spuma. Aegyptus invenit, videturque Nilo deferri. et fonti-
91 bus tamen quibusdam innatat. optimum ex eo quod olei quandam pinguitudinem reddit. est enim etiam in sale pinguitudo, quod miremur. adulteratur autem tinguiturque rubrica aut plerumque testa trita, qui fucus aqua deprehenditur diluente facticium colorem, cum verus ille non nisi oleo resolvatur et unguentarii propter colorem eo maxime utantur, canitia in vasis summa est, media vero pars umidior.
92 ut diximus. floris natura aspera, excalfactoria, stomacho inutilis, sudorem ciet, alvum solvit in vino et aqua, acopis et zmecticis utilis. detrahit et ex palpebris pilos. ima faecis concutiuntur, ut croci color redeat. praeter haec etiamnum appellatur in salinis salsugo, ab aliis salsilago, tota liquida, a marina aqua salsiore vi distans.

93 XLIII. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garum vocavere, intestinis piscium ceterisque quae abicienda essent sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. hoc olim conficiebatur ex pisce quem Graeci garon vocabant, capite eius usto suffito
94 extrahi secundas monstrantes. nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariae cetariis—sociorum id appellatur—singulis milibus nummum

[a] See § 90. This whole chapter is confused. The first sentence does not contain the term *flos salis*, although the *et* of the second sentence implies that it does. This white salt is apparently referred to in *canitia . . . diximus*, a sentence placed in the middle of a description of a saffron or red salt. It seems hopeless to attempt to emend, and the faulty structure may be due to Pliny himself. The sentence *canitia . . . diximus* is probably an interpolation, and in any case hard to understand.

like that of garum, and is different from salt, not only from foam salt. Egypt discovered it, and it appears to be brought down by the Nile. It also however floats on the surface of certain springs. The best kind of it yields a sort of oily fat, for there is, surprising as it may seem, a fat even in salt. It is adulterated too and coloured by red ochre, or usually by ground crockery; this sham is detected by water, which washes out the artificial colour, while the genuine is only removed by oil, and perfumers use it very commonly because of its colour. In vessels the whiteness is seen on the surface, but the inner part, as I have said,[a] is moister. The nature of flower of salt is acrid, heating, bad for the stomach, sudorific, aperient when taken in wine and water, and useful for anodynes and detergents. It also removes hair from eye-lids. The sediment is shaken up in order to restore the saffron colour. Besides these salines there is also what is called at the salt-pools *salpugo*, or sometimes *salsilago*. It is entirely liquid, differing from sea brine by its more salty character.

XLIII. There is yet another kind of choice liquor, called garum, consisting of the guts of fish and the other parts that would otherwise be considered refuse; these are soaked in salt, so that garum is really liquor from the putrefaction of these matters. Once this used to be made from a fish that the Greeks called *garos*; they shewed that by fumigation with its burning head the after-birth was brought away. Today the most popular garum is made from the scomber [b] in the fisheries of Carthago Spartaria [c]—it is called garum of the allies—one thousand sesterces being *Garum.*

[b] Probably the mackerel.
[c] "Carthago where broom grows," New Carthage.

permutantibus congios fere binos. nec liquor ullus paene praeter unguenta maiore in pretio esse coepit, nobilitatis etiam gentibus. scombros quidem et Mauretania Baeticaeque Carteia ex oceano intrantes capiunt ad nihil aliud utiles. laudantur et Clazomenae garo Pompeique et Leptis, sicut muria Antipolis ac Thuri, iam vero et Delmatia.

95 XLIV. Vitium huius est allex atque imperfecta nec colata faex. coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minimoque confici. apuam nostri, aphyen Graeci vocant, quoniam is pisciculus e pluvia nascitur. Foroiulienses piscem ex quo faciunt lupum appellant. transiit deinde in luxuriam, creveruntque genera ad infinitum, sicuti garum ad colorem mulsi veteris adeoque suavitatem dilutum [1] ut bibi possit. aliud vero . . .[2] castimoniarum superstitioni etiam sacrisque Iudaeis dicatum, quod fit e piscibus squama carentibus. sic allex pervenit ad ostreas, echinos, urticas maris, mullorum iocinera, innumerisque generibus ad saporis gulae coepit sal tabescere.
96 haec obiter indicata sint desideriis vitae, et ipsa tamen non nullius usus in medendo. namque et allece scabies pecoris sanatur infusa per cutem incisam, et contra canis morsus draconisve marini prodest, in
97 linteolis autem concerptis inponitur. Et garo ambusta recentia sanantur, si quis infundat ac non nominet garum. contra canum quoque morsus

[1] suavitatem dilutum *Mayhoff*: dilutam suavitatem *codd.*
[2] ad *codd.*: est *Mayhoff*: *post* ad *lacunam indicat Detlefsen.*

---

[a] The *congius* was nearly six pints.

[b] As *allex* is feminine, and *aliud* neuter, it seems best to suppose that there is a lacuna here, but Pliny may be thinking of *garum*, to which he has just reverted.

exchanged for about two congii [a] of the fish. Scarcely any other liquid except unguents has come to be more highly valued, bringing fame even to the nations that make it. The scomber is caught also in Mauretania and at Carteia in Baetica; the scomber enters the Mediterranean from the Atlantic, but it is used only for making garum. Clazomenae too is famous for garum, and so are Pompeii and Leptis, just as Antipolis and Thurii are for muria, and today too also Delmatia.

XLIV. Allex is sediment of garum, the dregs, neither whole nor strained. It has, however, also begun to be made separately from a tiny fish, otherwise of no use. The Romans call it *apua*, the Greeks *aphye*, because this tiny fish is bred out of rain. The people of Forum Julii call *lupus* (*wolf*) the fish from which they make garum. Then allex became a luxury, and its various kinds have come to be innumerable; garum for instance has been blended to the colour of old honey wine, and to a taste so pleasant that it can be drunk. But another kind ⟨of garum⟩ [b] is devoted to superstitious sex-abstinence and Jewish rites, and is made from fish without scales. Thus allex has come to be made from oysters, sea urchins, sea anemones, and mullet's liver, and salt to be corrupted in numberless ways so as to suit all palates. These incidental remarks must suffice for the luxurious tastes of civilized man. Allex however itself is of some use in healing. For allex both cures itch in sheep, being poured into an incision in the skin, and is a good antidote for the bites of dog or sea draco; it is applied on pieces of lint. By garum too are fresh burns healed, if it is poured over them without mentioning garum. It is also good for dog-bites and *Allex.*

prodest maximeque crocodili et ulceribus quae serpunt aut sordidis. oris quoque et aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodest. muria quoque sive illa salsugo spissat, mordet, extenuat, siccat, dysintericis utilis, etiam si nome intestina corripit, ischiadicis, coeliacis veteribus infunditur. fotu quoque apud mediterraneos aquae marinae vicem pensat.

98 XLV. Salis natura per se ignea est et inimica ignibus, fugiens eos, omnia erodens, corpora vero adstringens, siccans, adligans, defuncta etiam a putrescendi tabe [1] vindicans, ut durent ea per saecula, in medendo vero mordens, adurens, repurgans, extenuans, dissolvens, stomacho tantum inutilis, praeterquam ad excitandam aviditatem. adversus serpentium morsus cum origano, melle, hysopo, contra cerasten cum origano et cedria [2] aut pice aut melle.

99 auxiliatur contra scolopendras ex aceto potus, adversus scorpionum ictus cum quarta parte lini seminis ex oleo vel aceto inlitus, adversus crabrones vero et vespas similiaque ex aceto, ad heterocranias capitisque ulcera et pusulas papulasve et incipientes verrucas cum sebo vitulino, item [3] oculorum remediis et ad excrescentes ibi carnes totiusque corporis pterygia, sed in oculis peculiariter, ob id collyriis emplastrisque additus—ad haec maxime probatur Tattaeus aut

100 Caunites—ex ictu vero suffusis cruore oculis suggillatisque cum murrae pari pondere ac melle aut cum

[1] tabe *Ianus*: tabo *Detlefsen*: ta V: to R: ita E *vulg.*
[2] cedria *Hermolaus Barbarus*: cedro *codd.*
[3] *Post* item *velit* in *addere Mayhoff.*

[a] See § 92. [b] Horned viper.

especially those of the crocodile, and for spreading or foul ulcers. For ulcers too or pains in mouth or ears it is wonderfully good. Muria too or the salsugo I spoke of [a] is astringent, biting, reducing and drying, useful for dysentery, even if there is ulceration of the bowels. It is injected for sciatica and chronic coeliac disease. Among inland peoples it also takes the place of sea water for fomentations.

XLV. The nature of salt is of itself fiery, and yet it is hostile to fires, fleeing from them, corroding all things, but astringent to the body, drying it and binding, preserving corpses also from corruption so that they last for ages; in medicine however it is mordent, caustic, cleansing, reducing, and resolvent, injurious only to the stomach except in so far as it stimulates the appetite. For the bites of serpents it is used with origanum, honey, and hyssop, for the cerastes [b] with origanum and cedar resin, or pitch, or honey. It is helpful for bite of the scolopendra if taken internally with vinegar, for scorpion stings if applied in oil or vinegar with a fourth part of linseed, but for hornets, wasps, and similar creatures, in vinegar only, for migraine, ulcers on the head, blisters, pimples, and incipient warts, with veal suet. It is also used in eye remedies, for excrescences of flesh there, and for *pterygia* [c] anywhere on the body, but especially on the eyes, and so it is an ingredient of eye salves and plasters; for these purposes Tattaean salt or that of Caunus is the most approved. For eyes bloodshot from a blow, however, and for bruised eyes, it is used with an equal weight of myrrh and with honey, or with hyssop in warm water, and the eyes

Use of salt in medicine.

[c] Either (*a*) whitlows or (*b*) inflammatory swellings of the eye.

hysopo ex aqua calida, utque foveantur salsugine. ad haec Hispaniensis eligitur, contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur, privatim suggillationibus in linteolo involutus crebroque ex aqua ferventi inpositus, ulceribus oris manantibus in linteolo concerpto, gingivarum tumori infricatus et contra
101 scabritiem linguae fractus comminutusque. aiunt dentes non erodi nec putrescere, si quis cotidie mane ieiunus salem contineat sub lingua donec liquescat. lepras idem et furunculos et lichenas et psoras emendat cum passa uva exempto eius ligno et sebo bubulo atque origano ac fermento vel pane—maxime Thebaicus ad haec et pruritus eligitur—tonsillis et uvis cum melle prodest.[1] quicumque ad anginas, hoc amplius cum oleo et aceto eodem tempore extra
102 faucibus inlitus cum pice liquida. emollit et alvum vino mixto, innoxie[2] et taenearum genera pellit in vino potus. aestus balnearum convalescentes ut tolerare possint linguae subditus praestat. nervorum dolorem, maxime circa umeros et renes, in saccis aqua ferventi crebro candefactus levat, colum torminaque et coxarum dolores potus et in isdem saccis inpositus candens, podagras cum farina ex melle et oleo tritus, ibi maxime usurpanda observatione quae totis corporibus nihil esse utilius sale et sole dixit. itaque[3] cornea videmus corpora piscatorum. sed hoc prae-
103 cipuum dicatur[4] in podagris. tollit et clavos pedum, item perniones. ambustis ex oleo inponitur aut com-

[1] *Non post* prodest *sed* quicumque *comma Mayhoff.*
[2] innoxie dT *Mayhoff*: innoxio V *Detlefsen*: innoxia RE.
[3] itaque dTEr: utique *coni. Ianus.*
[4] dicatur *codd.*: iudicatur *Mayhoff.*

[a] See § 92.

should be fomented with salsugo.[a] For these purposes Spanish salt is chosen. For cataract it is ground in a little stone mortar with milk; for bruises a specific is salt wrapped in linen, dipped frequently in boiling water, and applied; for running ulcers in the mouth it is applied in lint; it is rubbed on swollen gums, and for roughness of the tongue it is broken and ground up fine. They say that teeth neither rot nor decay if one daily while fasting in the morning keeps a piece of salt under the tongue until it melts. It also cures leprous sores, boils, lichen and psoriasis, used with stoned raisons, beef suet, origanum, and leaven or bread; for these purposes and for pruritus Theban salt is mostly chosen. For diseased tonsils and uvula salt with honey is beneficial. For quinsy any salt is good, but all the more when oil and vinegar are added, while at the same time salt and liquid pitch are applied externally to the throat. Mixed with wine salt also softens the belly, and taken in wine drives out harmlessly the various kinds of worms. Placed under the tongue salt enables convalescents to endure the heat of the bath. Pains of the sinews, especially in the region of the shoulders and kidneys, are relieved by salt in bags, kept hot by frequent dipping into boiling water; colitis, griping and sciatica by taking salt in drink and by hot applications in the same kind of bags; gout by salt pounded with flour, honey, and oil. Herein is especially applicable the saying that for the whole body nothing is more beneficial than salt and sun. Accordingly we see that the bodies of fishermen are horny, but the above remark should be applied especially to gout. It also removes corns on the feet and chilblains. It is applied to burns in oil or

manducatus pusulasque reprimit, ignibus vero sacris ulceribusque quae serpant ex aceto aut hysopo, carcinomatis cum uva taminia, phagedaenis ulcerum tostus cum farina hordei, superinposito linteolo madente vino. morbo regio laborantes, donec sudent ad ignem, contra pruritus quos sentiunt ex oleo et
104 aceto infricatus iuvat, fatigatos ex oleo. multi et hydropicos sale curavere fervoresque febrium cum oleo perunxere et tussim veterem linctu eius discussere, clysteribus infudere ischiadicis, ulcerum excrescentibus vel putrescentibus inposuere, crocodilorum morsibus ex aceto in linteolis ita ut battuerentur ante ulcera. bibitur et contra opium ex aceto mulso, luxatis inponitur cum farina et melle, item
105 extuberationibus. dentium dolori cum aceto fotus et inlitus cum resina prodest. ad omnia autem spuma salis iucundior utiliorque. sed quicumque sal acopis additur ad excalfactiones, item zmegmatis ad extendendam[1] cutem levandamque. pecorum quoque scabiem et boum inlitus tollit, daturque lingendus et oculis iumentorum inspuitur. haec de sale dicta sint.

106 XLVI. Non est differenda et nitri natura, non multum a sale distans et eo diligentius dicenda, quia palam est medicos qui de eo scripserunt ignorasse naturam nec quemquam Theophrasto diligentius tradidisse. exiguum fit apud Medos canescentibus

[1] extendendam E r *vulg.*: extenuendam VR: extenuandam dT.

[a] Pliny seems to have confused the verbs *βάπτω* (Dioscorides) and *τύπτω*.

chewed. It checks blisters, but for erysipelas and for creeping ulcers vinegar or hyssop is added, for carcinomata taminian grapes, while for phagedaenic ulcers it is roasted with barley meal, a linen cloth being placed on top, soaked in wine. Sufferers from jaundice are helped by rubbing with salt, oil, and vinegar before a fire until they sweat; this relieves the itching caused by this disease. Oil should be used in cases of fatigue. Many have treated dropsy too with salt, rubbed with salt and oil hot feverish patients, stayed a chronic cough by licking it, injected salt enemas into sufferers from sciatica, applied it to swollen or festering ulcers, and treated crocodile bites by salt and vinegar in lint cloths, taking care first to flog [a] the sores with them. Salt is taken in oxymel for poisoning by poppy-juice, with flour and honey it is applied to dislocations, and also to tumours. Fomenting with salt and vinegar, or an application of salt and resin, is good for tooth-ache. But for all purposes foam of salt is more pleasant and more beneficial. Salt however of any kind is added to anodynes for a warming effect, also to detergents for stretching and smoothing the skin. An application of salt removes itch-scab in sheep and oxen; salt is also given to be licked, and it is spit into the eyes of draught animals. This must suffice for my account of salt.

XLVI. I must not put off describing the character of soda, which is very similar to salt; a more careful account must be given because it is plain that the physicians who have written about it were ignorant of its character, and that nobody has given a more careful description than Theophrastus. A little is formed in Media in valleys that are white through *Soda.*

siccitate convallibus, quod vocant halmyraga, minus etiam in Thracia iuxta Philippos, sordidum terra quod
107 appellant agrium. nam quercu cremata numquam multum factitatum est et iam pridem in totum omissum. aquae vero nitrosae plurimis in locis repperiuntur, sed sine viribus densandi. optimum copiosumque in Clitis [1] Macedoniae, quod vocant Chalestricum, candidum purumque, proximum sali. lacus est nitrosus exiliente e medio dulci fonticulo. ibi fit nitrum circa canis ortum novenis diebus totidemque
108 cessat ac rursus innatat et deinde cessat. quo apparet soli naturam esse quae gignat, quoniam compertum est nec soles proficere quicquam, cum cesset, nec imbres. mirum et illud, scatebra fonticuli semper emicante lacum neque augeri neque effluere. his autem diebus quibus gignitur si fuere imbres, salsius nitrum faciunt, aquilones deterius, quia vali-
109 dius commovent limum. et hoc quidem nascitur, in Aegypto autem conficitur multo abundantius, sed deterius. nam fuscum lapidosumque est. fit paene eodem modo quo sal, nisi quod salinis mare infundunt, Nilum autem [2] nitrariis. hae † cedente † Nilo [3] siccantur, † decedente † madent suco nitri XL

[1] in Clitis] *coni.* inclutis (aquis) *Mayhoff.*

[2] autem E: autem mo VRd: autumno *Mayhoff.*

[3] Nilo . . . decedente *om.* VR¹dT: accedente Nilo rigantur, decedente *Mayhoff*: excedente Nilo siccantur, recedente *Detlefsen*: cedente *codd.*: decedente (-tem E) Er: *uncos ego posui.*

---

[a] I.e. "wild soda."

[b] Mayhoff's guess makes an adjective (*inclutis*) of "*in Clitis*," meaning "famous."

[c] A *locus nondum sanatus.* From the next sentence it is clear that the flow into the beds was controlled, so that it appears that only the falling Nile was admitted. This would

drought; they call it *halmyrax.* It is also found in Thrace near Philippi, but in less quantities and contaminated with earth; it is called *agrium.*[a] But soda from burnt oak-wood was never made in large quantities, and the method has long been altogether abandoned. Alkaline water, however, is found in very many places, but the soda is not concentrated enough to solidify. At Clitae[b] in Macedonia is found in abundance the best, called soda of Chalestra, white and pure, very like salt. There is an alkaline lake there with a little spring of fresh water rising up in the centre. Soda forms in it about the rising of the Dog-star for nine days, ceases for nine days, comes to the top again and then ceases. This shows that it is the character of the soil that produces soda, since it has been discovered that, when it ceases, neither sunshine is of any help at all nor yet rain. Another wonderful thing about the lake is that although the spring is always bubbling up it neither gets larger nor overflows. But if, on those days on which soda forms, has been rain, it makes the soda more salty, while north winds on those days, by stirring up the mud too vigorously, makes it inferior. This soda is natural, but in Egypt it is made artificially, in much greater abundance but of inferior quality, for it is dark and stony. It is made in almost the same manner as is salt, except that they pour sea-water into the salt-beds but the Nile into the soda-beds. The latter † as the Nile rises become dry;[c] as it falls † they are moist with liquid soda for

require *accedente* and *decedente*. Mayhoff conjectured *accedente*, but read *rigantur* for *siccantur*, because he held that the rising Nile filled the beds. It is a pity that VRdT have a hiatus here, for the missing words might have thrown light on the difficulty.

diebus continuis, non ut in Macedonia statis.[1] si
etiam imbres adfuerunt, minus ex flumine addunt,
statimque ut densari coeptum est, rapitur, ne resolva-
tur in nitrariis. sic[2] quoque olei natura intervenit,
ad scabiem animalium utilis. ipsum autem conditum
110 in acervis durat. mirum in lacu Ascanio et quibus-
dam circa Chalcida fontibus summas aquas dulces
esse potarique, inferiores nitrosas. in nitro optimum
quod tenuissimum, et ideo spuma melior, ad aliqua
tamen sordidum, tamquam ad inficiendas purpuras
tincturasque omnes. magnus et vitro usus, qui
111 dicetur suo loco. nitrariae Aegypti circa Naucra-
tim et Memphin tantum solebant esse, circa Memphin
deteriores. nam et lapidescit ibi in acervis, multique
sunt cumuli ea de causa saxei. faciunt ex his vasa,
nec non et frequenter liquatum cum sulpure
coquentes. in corporibus[3] quoque quae[4] inveterari
volunt illo nitro utuntur. sunt ibi nitrariae in quibus
112 et rufum exit a colore terrae. spumam nitri, quae
maxime laudatur, antiqui negabant fieri nisi cum ros
cecidisset praegnantibus nitrariis, sed nondum pari-
entibus. itaque non fieri incitatis, etiamsi caderet.
113 alii acervorum fermento gigni existimavere. proxima
aetas medicorum aphronitrum tradidit in Asia colligi

[1] statis *codd.*: cessantis *coni. Mayhoff.*
[2] sic *codd.*: hic *vet. Dal., Mayhoff.*
[3] corporibus *coni. K. C. Bailey, Hermathena 1926:* carnibus *Ianus, Detlefsen, Mayhoff*: carbonibus *codd.*
[4] quae *Bailey*: quas *codd.*

---

[a] Or, with the reading *hic*, "here."

forty days on end, and not as in Macedonia during fixed periods. If rain also has fallen, they add less river water, and gather at once the soda that has begun to solidify, lest it should melt back into the soda-bed. Thus [a] too oily matter forms among the soda, useful for itch-scab on animals. Soda however, stored in heaps, lasts a long time. A wonder of Lake Ascanius and of certain springs around Chalcis is that the surface water is sweet and drinkable but underneath is alkaline. Of soda the best is the finest, and therefore froth of soda is superior, but for some purposes the impure is good, for example colouring purple cloths and all kinds of dyeing. Soda is of great use in the making of glass, as will be described in its proper place.[b] The soda-beds of Egypt used to be confined to the regions around Naucratis and Memphis, the beds around Memphis being inferior. For the soda becomes stone-like in heaps there, and many of the soda piles there are for the same reason quite rocky. From these they make vessels, and frequently by baking melted soda with sulphur. For the bodies too that they wish to embalm this is the soda they use. In this region are soda-beds from which red soda also is taken owing to the colour of the earth. Foam of soda, which is very highly prized, the ancients said was formed only when dew had fallen on beds teeming with soda but not yet bringing it forth; accordingly, even if dew fell, soda did not form on beds in agitated action. Others have thought that foam is produced by fermentation of the heaps. The last generation of physicians said that in Asia was gathered aphronitrum [c] oozing in

[b] XXXVI. § 193.

[c] A Greek word meaning "soda foam."

in speluncis mollibus [1] destillans—specus eos colligas [2] vocant—dein siccant sole. optimum putatur Lydium; probatio, ut sit minime ponderosum et maxime fricabile, colore paene purpureo. hoc in pastillis adfertur, Aegyptium in vasis picatis,[3] ne liquescat. vasa quoque ea sole inarescentia per-
114 ficiuntur. nitri probatio, ut sit tenuissimum et quam maxime spongeosum fistulosumque. adulteratur in Aegypto calce, deprehenditur gustu. sincerum enim statim resolvitur, adulteratum calce pungit et asperum [4] reddit odorem vehementer. uritur in testa opertum ne exultet, alias igni non exilit nitrum, nihilque gignit aut alit, cum in salinis herbae gignantur et in mari tot animalia, tantum algae.
115 sed maiorem esse acrimoniam nitri apparet non hoc tantum argumento sed et illo quod nitrariae calciamenta protinus consumunt, alias salubres oculorumque claritati utiles. in nitrariis non lippiunt. ulcera allata eo celerrime sanantur, ibi facta tarde. ciet et sudores cum oleo perunctis corpusque emollit. in pane salis vice utuntur Chalestraeo, ad raphanos Aegyptio, teneriores eos facit, sed obsonia alba et deteriora, olera viridiora. in medicina autem calfacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulcerat,

[1] mollibus VRdTf: canalibus *Detlefsen*: molibus *Gelenius, Mayhoff, qui etiam* nobilibus *vel* madidis *coni.*

[2] colligas (-gans E^1) *codd., Mayhoff*: Corycias *Detlefsen*: *alii alia.*

[3] picatis d *vulg., Mayhoff*: spissatum *Detlefsen*: spissatis RE.

[4] asperum *cod.* a, *Detlefsen*: aspersum d *vulg. Mayhoff*: aspersu VRf.

---

[a] Usually emended. But the word *mollis* may refer to a cave with soft sides and floor, through which soda might ooze.

[b] This word is probably corrupt.

soft[a] caves—they are called *colligae*[b]—and then dried in the sun. The best is thought to be Lydian. The tests are that it should be the least heavy and the most friable, and of an almost purple colour. The last kind is imported in lozenges, but the Egyptian in vessels lined with pitch, lest it melt. These vessels too are finished off by being dried in the sun. The tests of soda are that it should be very fine and as spongy and full of holes as possible. In Egypt it is adulterated with lime, which is detected by the taste; for pure soda melts at once, but adulterated soda stings because of the lime, and gives out a strong, bitter[c] odour. It is burnt in an earthen jar with a lid, lest it should crackle out; otherwise soda does not crackle in fire; it produces nothing and nourishes nothing, whereas in salt-pits grow plants, and in the sea so many animals and so much sea-weed.[d] But that the pungency of soda is greater is shown not only by this evidence but also by the fact that soda-beds at once consume shoes, but are otherwise healthful and good for clearness of vision. In the soda-beds nobody has ophthalmia; sores brought there heal very quickly, but those that form there heal slowly. Soda and oil also make to sweat those who are rubbed with the mixture, which softens the flesh. They use Chalestran soda for bread instead of salt, Egyptian soda for radishes; it makes them more tender, but meats white and inferior and vegetables greener. In medicine soda warms, alleviates, stings, braces, dries, and clears away[e] ulcers, and is useful

[c] With the reading *aspersum*: "when sprinkled it has a strong smell."

[d] Or: "only sea-weeds."

[e] See XXVII. § 22 and note on XXVII. § 105.

116 utile his quae evocanda sint aut discutienda et lenius
mordenda atque extenuanda, sicut in papulis pusulis-
que. quidam in hoc usu accensum vino austero
restingunt atque ita trito in balneis utuntur sine oleo.
sudores nimios inhibet cum iride arida adiecto oleo
viridi, extenuat et cicatrices oculorum et scabritias
genarum cum fico inlitum aut decoctum in passo ad
dimidias partes, item contra argema, oculorum ungues.
117 decoctum cum passo in [1] mali Punici calyce adiuvat
claritatem visus cum melle inunctum. prodest
dentium dolori ex vino, si cum pipere colluantur;
item cum porro decoctum nigrescentes dentes,
crematum dentrifricio, ad colorem reducit. capitis
animalia et lendes necat cum Samia terra inlitum ex
oleo. auribus purulentis vino liquatum infunditur,
sordes eiusdem partis erodit ex aceto, sonitus et tin-
118 nitus discutit siccum additum. vitiligines albas cum
creta Cimolia aequo pondere ex aceto in sole inlitum
emendat. furunculos admixtum resinae extrahit, aut [2]
cum uva alba passa nucleis eius simul tritis. testium
inflammationi occurrit, item eruptionibus pituitae
in toto corpore cum axungia, contraque canis morsus
addita et resina † inlitis †.[3] cum aceto inlinitur. sic
et serpentium morsibus, phagedaenis et ulceribus
quae serpunt aut putrescunt cum calce ex aceto.
hydropicis cum fico tusum datur inliniturque. discu-

[1] cum passo in *codd.*: in passo cum *Mayhoff*.
[2] extrahit aut *codd.*: extrahit *Mayhoff*.
[3] inlitis VV^{d}R *Mayhoff*: initis E r *Detlefsen*: *uncos ego addidi.*

[a] With Mayhoff's reading: "in raisin wine with pomegranate rind."
[b] In this part at any rate of Pliny the first words of each clause seem to indicate the complaint. This fact should, I

for conditions where there must be withdrawal, dispersal, and gentle stinging and alleviation, as with pimples and blisters. Some for this purpose set it on fire and put it out with a dry wine, and use it so prepared and ground in the bath without oil. Excessive sweats are checked by soda with dried iris and the addition of green oil; it also improves scars on the eyes and roughness of the lids if applied with fig, or boiled down to one half in raisin wine, a preparation too which is used for white ulcers and inflamed swellings on the eyes. Boiled down with raisin wine in a pomegranate rind,[a] and applied with honey, it improves vision. Soda is good for toothache if a mouth-wash is made by adding pepper and wine. Boiled down too with leek, and burnt to make a dentifrice, it restores the colour of blackening teeth. Insects and nits on the head it kills if applied in oil with Samian earth. Dissolved in wine it is poured into purulent ears; wax in the same organ it eats away in vinegar; noises and singing it stops if added dry. Applied in sunshine with vinegar and an equal weight of Cimolian chalk it cures the white kinds of psoriasis. It brings to a head boils, either mixed with resin or with white raisins, the pips being ground up with them. With axle-grease it combats inflammation of the testicles, and also outbursts of phlegm on the whole body; it is applied with vinegar, resin being added, to dog-bites. This preparation is used for snake bites; for phagedaenic, creeping, or festering ulcers, with lime and vinegar; for dropsy it is pounded with figs and administered by the mouth and externally.[b] Griping pains too it

think, determine the punctuation. Editors differ widely in this.

119 tit et tormina, si decoctum bibatur pondere drachmae cum ruta vel aneto vel cumino. reficit lassitudines cum oleo et aceto perunctorum, et contra algores horroresque prodest manibus pedibusque confricatis cum oleo. conprimit et pruritus suffusorum felle, maxime cum aceto in sudore datum.[1] succurrit et venenis fungorum ex posca potum aut, si buprestis hausta sit, ex aqua, vomitionesque evocat. his qui sanguinem
120 tauri biberint cum lasere datur. in facie quoque exulcerationes sanat cum melle et lacte bubulo. ambustis tostum donec nigrescat tritumque inlinitur. infunditur † urceis † [2] et renium dolori aut rigori corporum nervorumve doloribus. paralysi in lingua cum pane inponitur. suspiriosis in tisana sumitur.
121 tussim veterem sanat flore, mixto galbano resinae terebinthinae, pari pondere omnium ita, ut fabae magnitudo devoretur. coquitur dilutumque postea cum pice liquida sorbendum in angina datur. flos eius cum oleo cypreo et articulorum doloribus in sole iucundus est. regium quoque morbum extenuat in potione vini et inflationes discutit, sanguinis profluvium e naribus sistit ex ferventi aqua vapore naribus
122 rapto. porriginem alumine permixto tollit, alarum virus ex aqua cottidiano fotu, ulcera ex pituita nata cera permixtum, quo genere nervis quoque prodest. coeliacis infunditur. perungui ante accessiones

[1] in sudore datum *Sillig*: instillatum *Mayhoff*: insudatum *codd.*

[2] urceis *codd.*: ventris *Caesarius*: vesicae *Mayhoff*. *Warmington* umeris *coni.*

---

[a] The *urceis* of all the MSS. seems corrupt, and no proposed emendation explains the cause of the corruption. Mayhoff's *vesicae* is the word usually associated in Pliny with *renium.*

allays if there is taken a drachma by weight boiled down with rue or dill or cummin. The pains of fatigue are removed by rubbing all over with soda, oil, and vinegar, while for chills and shivers it is of advantage to rub the hands and feet thoroughly with soda and oil. It also checks the itch of jaundice, especially when administered with vinegar while the patient is sweating. Taken in vinegar and water soda is beneficial against the poisons of fungi; if a buprestris has been swallowed it is taken in water; it is also a good emetic. It is given in laser to those who have drunk bull's blood. Ulcerations also on the face it heals with honey and cow's milk. It is applied to burns roasted until it turns black and crushed to powder. It is injected for pain in the . . . [a] and kidneys, or for rigors of the body, or for pains of the sinews. For paralysis of the tongue it is applied there with bread, and for asthma it is taken in barley gruel. Chronic cough is cured by flower of soda with galbanum mixed with terebrinth resin, all equal in weight, but the piece to be swallowed must be of the size of a bean. Soda, boiled and then combined with liquid pitch, is given to be swallowed by patients with quinsy. Flower of soda with oil of cyprus is also soothing if applied in the sun for pains in the joints. Jaundice also it alleviates taken in a draught of wine; this remedy relieves flatulence. It checks epistaxis if inhaled in the steam from boiling water. By soda mixed with alum is removed scurf, rank smell of the armpits by daily fomentation with soda and water, sores due to nose-running by soda mixed with wax—a mixture also good for the sinews—and it is injected for the coeliac affection. Many have prescribed complete rubbing

frigidas nitro et oleo multi praecepere, sicut adversus lepras, lentigines; podagris in balneis uti. solia nitri prosunt atrophis, opisthotonis, tetanis. sal nitrum sulpuri concoctum in lapidem vertitur.

123 XLVII. Spongearum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. quidam ita distingunt: alias ex his mares tenui fistula spissioresque, persorbentes, quae et tinguntur in deliciis, aliquando et purpura; alias feminas maioribus fistulis ac perpetuis; maribus [1] alias duriores, quas appellant tragos, tenuissimis fistulis atque densissimis. candidae cura fiunt: e mollissimis recentes per aestatem tinctae salis spuma ad lunam et pruinas sternuntur inversae, hoc est qua parte adhaesere, ut candorem bibant. animal
124 esse docuimus, etiam cruore inhaerente. aliqui narrant et auditu regi eas contrahique ad sonum, exprimentes abundantiam umoris, nec avelli petris posse, ideo abscidi ac saniem remittere. quin et eas [2] quae ab aquilone sint genitae praeferunt ceteris, nec usquam diutius durare spiritum medici adfirmant. sic et prodesse corporibus, quia nostro suum misceant, et ideo magis recentes magisque umidas, sed minus

[1] maribus *codd.*: e maribus *Hermolaus Barbarus*: in maribus *Sillig*.

[2] *Ante* eas *lacunam indicat Mayhoff, qui fere* abscisas aliquamdiu vivere *excidisse putat.*

[a] Or: "the undernourished."

[b] For *nitrum* see Additional Note, p. 568.

[c] Book IX. § 148.

[d] The adjective *perpetuus* in this context is difficult. It could mean "never closed," referring to sponges growing in the sea, or "connected with one another," used of the sponges of commerce. See Additional Note, p. 567.

[e] Or: *e* (or *in*) *maribus*: "of the males, the harder."

[f] A Greek word, τράγοι, "goats."

[g] See IX. § 149.

with soda and oil before the chills of fever come on, and so to use it for leprous sores and freckles; and they prescribe its use in the bath for gouty people. Soda baths are good for consumptives,[a] and for the victims of opisthotonus and other forms of tetanus. Salt and soda, when heated with sulphur, turn to stone.[b]

XLVII. Of the kinds of sponges I have spoken[c] when describing the nature of marine creatures. Certain authorities classify them thus: some sponges, the males, have little holes, and are more compact and very absorbent; they are also dyed for the luxurious, sometimes even with purple; others, the females, have larger and uninterrupted[d] holes; others, harder[e] than the males, called *tragi*,[f] have very small holes that are very close together. Sponges are whitened artificially. Fresh sponges, of the softest kind, are soaked in foam of salt throughout the summer, and then laid open to the moon and hoar-frosts upside down, that is, with the side uppermost that adhered to the rocks, so that they may drink in whiteness. I have said[g] that sponges are animal, being even lined with a coating of blood. Some also declare that they are guided by a sense of hearing, and contract at a noise, sending out a great quantity of moisture; that they cannot be torn from the rocks, and therefore are cut off, bleeding sanies. Moreover, those[h] growing exposed to the north-east they prefer to others, and physicians declare that nowhere else does their breath last for a longer time. Such too, they say, are beneficial to the human body, because they mix their breath with *Sponges.*

[h] The lacuna supposed by Mayhoff to be here he would fill up by words roughly meaning: "that cut off they live for a considerable time."

in calida aqua minusque unctas aut unctis corporibus
inpositas et spissas minus adhaerescere.[1] mollis-
125 simum genus earum penicilli. oculorum tumores se-
dant ex mulso inpositi, iidem abstergendae lippitudini,
utilissime ex aqua; tenuissimos esse mollissimosque
oportet. inponuntur et spongeae ipsae epiphoris ex
posca et aceto calido ad capitis dolores. de cetero
recentes discutiunt, mitigant, molliunt, veteres non
glutinant vulnera. usus earum ad abstergenda,
fovenda, operienda a fotu, dum aliud inponatur.
126 ulcera quoque umida et senilia inpositae siccant.
fracturae et vulnera spongeis utilissime foventur.
sanguis rapitur in secando, ut curatio perspici possit.
et ipsae vulnerum inflammationibus inponuntur nunc
siccae, nunc aceto adspersae nunc vino, nunc ex aqua
frigida; ex aqua vero caelesti inpositae secta recentia
127 non patiuntur intumescere. inponuntur et integris
partibus, sed fluctione occulta laborantibus quae dis-
cutienda sit, et his quae apostemata vocant melle
decocto perunctis, item articulis alias aceto salso
madidae, alias e posca; si ferveat impetus, ex

[1] adhaerescere E r *vulg.*: adhaerescente *aut* adhaerescentem *ceteri codd.*: adhaerescentes *Mayhoff*.

ours; therefore fresh sponges are the more beneficial, as are also the moist, but less beneficial are those soaked in hot water, or those that are oily, or laid on oily bodies, while compact sponges are less adhesive. The softest kind of sponge is that used for bandage-rolls. Applied in honey wine these relieve swollen eyes. They are also good for wiping away the rheum of ophthalmia, which they do most efficiently with water. They should be very fine and very soft. Sponges themselves [a] are applied in vinegar and water for eye-fluxes, and in warm vinegar for headaches. For the rest, fresh sponges are dispersive, soothing, and emollient; old sponges do not close wounds. The uses of sponges are to be detergent, to foment, and after fomentation to cover until something else is applied. Applied also to wet ulcers of senile persons, sponges dry them, and they foment with the greatest benefit fractures and wounds. In surgery sponges quickly absorb the blood, so that treatment can easily be observed. Sponges themselves are applied to inflamed wounds, sometimes dry, at other times moistened with vinegar, or wine, or cold water; applied indeed in rain-water to fresh incisions they prevent their swelling. They are also laid on parts that are whole, but suffering from a hidden flux that has to be dispersed, and also on what are called *apostemata*,[b] after rubbing them with boiled honey; on joints also, sometimes moistened with salted vinegar, sometimes with vinegar and water; should the complaint be attended

[a] *Ipsae* can hardly mean "by themselves," as it apparently does in § 126, for *ex posca* seems to go with it. It may mark a contrast with the sponge ash of § 129.

[b] A Greek word, "abscesses."

aqua. eaedem[1] callo e salsa, at contra scorpionum ictus ex aceto. in vulnerum curatione et sucidae lanae vicem implent[2] ex eadem; differentia haec, quod lanae emolliunt, spongeae coercent rapiuntque
128 vitia ulcerum. circumligantur et hydropicis siccae vel ex aqua tepida poscave, utcumque blandiri opus est operirive[3] aut siccare cutem. inponuntur et his morbis quos vaporari oporteat, ferventi aqua perfusae expressaeque inter duas tabulas. sic et stomacho prosunt et in febri contra nimios ardores, sed splenicis e posca, ignibus sacris ex aceto efficaciores quam aliud; inponi oportet sic ut sanas quoque partes
129 spatiose operiant. sanguinis profluvium sistunt ex aceto aut frigida, livorem ab ictu recentem ex aqua salsa calida saepius mutata tollunt, testium tumorem doloremque ex posca. ad canum morsus utiliter concisae inponuntur ex aceto aut frigida aut melle, abunde subinde umectandae. Africanae cinis cum porri sectivi suco sanguinem reicientibus haustus, aliis[4] ex frigida, prodest. idem cinis vel cum oleo vel
130 cum aceto fronti inlitus tertianas tollit. privatim Africanae ex posca tumorem discutit, omnium autem cinis cum pice crematarum sanguinem sistit vulnerum; aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt.

[1] eaedem *Mayhoff*: eadem *codd.*

[2] *Post* implent *add.* nunc ex vino et oleo nunc ex eadem *vulg. ante Ianum.*

[3] operirive *plerique codd.*: operireve *cod.* a *Mayhoff.*

[4] haustus aliis *Mayhoff*: haustu salis *codd.*

---

[a] See Önnerfors *Pliniana*, pp. 167, 168 for *ve* after a short *-e*.

[b] This is a dubious reading, but *haustu salis* without *cum* can scarcely be right.

with fever, water alone is to be used. With salt and water sponges are also applied to callosities, but with vinegar to scorpion stings. In the treatment of wounds sponges with salt and water also act as a substitute for greasy wool; the difference is that wools soften, but sponges are astringent and absorb quickly the diseased humours of ulcers. They are also bound round dropsical parts, either dry or with warm water or vinegar and water, whenever there is need to soothe, or cover [a] the skin, or dry it. They are applied also for such diseases as need a steamy heat, steeped in boiling water, and pressed between two boards. So applied they are also good for the stomach, and for the excessive burnings of fever; but for the spleen with vinegar and water, while for erysipelas they are with vinegar more efficacious than anything; they should be so placed that there is ample covering for the healthy parts. With vinegar or cold water they arrest haemorrhage, with hot salt and water, often changed, they remove fresh bruises caused by a blow, and with vinegar and water they cure swollen and painful testicles. For dog-bite are applied beneficially with vinegar, cold water, or honey, cut-off pieces of sponge, which must be thoroughly moistened every now and then. The ash of the African sponge, swallowed with the juice of cut-leek, is good for spitting of blood; for other [b] complaints it should be taken in cold water. This ash also, applied to the forehead with oil or vinegar, cures tertian agues. African sponges are specific with vinegar and water for reducing swellings, and the ash of all sponges burnt with pitch arrest haemorrhage from wounds; for this purpose some burn with pitch only sponges of loose texture. For

et oculorum causa comburuntur in cruda olla figulini operis, plurimum proficiente eo cinere contra scabritias genarum excrescentesque carnes et quicquid opus sit ibi destringere, spissare, explere. utilius in eo usu lavare cinerem. praestant et strigilum vicem
131 linteorumque adfectis corporibus. et contra solem apte protegunt capita. medici inscitia ad duo nomina eas redegere, Africanas, quarum firmius sit robur, Rhodiacasque ad fovendum molliores. nunc autem mollissimae circa muros Antiphelli urbis reperiuntur. Trogus auctor est circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatae sint spongeae, Polybius super aegrum suspensos quietiores facere noctes. nunc praevertemur ad marina animalia.

eye remedies sponges are burnt in an unbaked earthenware pot, this ash being very efficacious indeed for roughness or excrescences of the eyelids, and for any complaint in the region of the eyes that needs a remedy detergent, astringent, or expletive, but for this treatment it is better to rinse the ash. They also furnish a substitute for scrapers and towels when the body is diseased. Sponges protect also efficiently the head against the sun. In their ignorance physicians have reduced sponges to two classes: the African, which are firmer and harder, and the Rhodian, which are softer for fomentations. Today however[a] very soft sponges are found around the walls of Antiphellus.[b] Trogus informs us that around Lycia very soft tent-sponges grow out at sea, in places where sponges have been taken away; Polybius that hung over a sick man these give more peaceful nights. Now I shall turn my attention to the creatures of the sea.

[a] Warmington thinks that Pliny is translating the Greek *νῦν δὲ* ("as things are").

[b] A city of Lycia.

BOOK XXXII

LIBER XXXII

1 I. Ventum est ad summa naturae exemplorumque per rerum ordinem, et ipsum sua sponte occurrit inmensum potentiae occultae documentum, ut prorsue neque aliud ultra quaeri debeat nec par ac similes possit inveniri, ipsa se vincente natura, et quidem numerosis modis. quid enim violentius mari ventisve et turbinibus ac procellis? quo maiore hominum ingenio[1] in ulla sui parte adiuta est quam velis remisque? addatur his et reciproci aestus inenarrabilis
2 vis versumque totum mare in flumen. tamen omnia haec pariterque eodem inpellentia unus ac parvus admodum pisciculus, echenais appellatus, in se tenet. ruant venti licet, saeviant procellae: imperat furori viresque tantas compescit et cogit stare navigia, quod non vincula ulla, non ancorae pondere inrevocabili iactae.[2] infrenat impetus et domat mundi rabiem nullo suo labore, non renitendo aut alio modo
3 quam adhaerendo. hoc tantulo[3] satis est, contra tot impetus ut vetet ire navigia. sed[4] armatae classes inponunt sibi turrium propugnacula, ut in mari quoque pugnetur velut e muris. heu vanitas humana,

[1] ingenio *codd.*: invento *coni. Mayhoff.*
[2] iactae *fere omnes codd.*: factae E.
[3] hoc tantulo *codd.*: hoc tantulum (-lū) *coni. Mayhoff.*
[4] sed *codd.*: ecce *coni. Mayhoff.*

[a] Or, with Mayhoff's conjecture, "invention."

BOOK XXXII

See *Index of Fishes* for identification of aquatic creatures.

I. The course of my subject has brought me to the greatest of Nature's works, and I am actually met by such an unsought and overwhelming proof of hidden power that inquiry should really be pursued no further, and nothing equal or similar can be found, Nature surpassing herself, and that in numberless ways. For what is more violent than sea, winds, whirlwinds, and storms? By what greater skill [a] of man has Nature been aided in any part of herself than by sails and oars? Let there be added to these the indescribable force of tidal ebb and flow, the whole sea being turned into a river. All these, however, although acting in the same direction, are checked by a single specimen of the sucking fish, a very small fish. Gales may blow and storms may rage; this fish rules their fury, restrains their mighty strength, and brings vessels to a stop, a thing no cables can do, nor yet anchors of unmanageable weight that have been cast.[b] It checks their attacks and tames the madness of the Universe with no toil of its own, not by resistance, or in any way except by adhesion. This little creature suffices in the face of all these forces to prevent vessels from moving. But armoured fleets bear aloft on their decks a rampart of towers, so that fighting may take place even at sea as from the walls of a fortress. *The sea and sea creatures.*

[b] With the reading *factae*: "made of incalculable strength."

cum rostra illa aere ferroque ad ictus armata semi-
pedalis inhibere possit ac tenere devincta pisciculus!
fertur Actiaco Marte tenuisse praetoriam navem
Antoni properantis circumire et exhortari suos, donec
transiret in aliam, ideoque Caesariana classis impetu
maiore protinus venit. tenuit et nostra memoria Gai
4 principis ab Astura Antium renavigantis. ut res est,[1]
etiam auspicalis pisciculus, siquidem novissime tum
in urbem reversus ille imperator suis telis confossus
est, nec longa fuit illius morae admiratio, statim causa
intellecta, cum e tota classe quinqueremis sola non
proficeret, exilientibus protinus qui quaererent circa
navem. invenere adhaerentem gubernaculo osten-
deruntque Gaio indignanti hoc fuisse quod se revo-
caret quadringentorumque remigum obsequio contra
5 se intercederet. constabat peculiariter miratum,
quomodo adhaerens tenuisset nec idem polleret in
navigium receptus. qui tunc posteaque videre eum,
limaci magnae similem esse dicunt. nos plurium
opiniones posuimus in natura aquatilium, cum de eo
diceremus, nec dubitamus idem valere omnia ea[2]
genera, cum celebri et consecrato etiam exemplo
apud Cnidiam Venerem conchas quoque esse eius-
6 dem potentiae credi necesse sit. e nostris quidam
Latine moram appellavere eum, mirumque, e Graecis

[1] ut res est B, *Mayhoff.*
[2] ea B, *Mayhoff*: *om. ceteri codd.*

[a] See IX. § 79.
[b] That is: "delay." It has none of the powers ascribed to it by Pliny.

How futile a creature is man, seeing that those rams, armed for striking with bronze and iron, can be checked and held fast by a little fish six inches long! It is said that at the battle of Actium the fish stopped the flagship of Antonius, who was hastening to go round and encourage his men, until he changed his ship for another one, and so the fleet of Caesar at once made a more violent attack. Within our memory the fish stayed the ship of the Emperor Gaius as he was sailing back from Astura to Antium. As it turned out, the little fish also proved ominous, because very soon after that Emperor's return to Rome on this occasion he was stabbed by his own men. This delay caused no long surprise, for the reason was immediately discovered; of the whole fleet the quinquereme alone making no progress, men at once dived and swam round the ship to trace the cause. They found this fish sticking to the rudder and showed it to Gaius, who was furious that it had been such a thing that was keeping him back and vetoing the obedience to himself of four hundred rowers. It was agreed that what astonished him in particular was how the fish had stopped him by sticking to the outside, yet when inside the ship it had not the same power. Those who saw the fish then or afterwards say that it is like a large slug. I have given [a] the views of the majority in my account of water creatures, where I discussed the fish, and I do not doubt all this kind of fish have the same power, since there is a famous and even divinely sanctioned example in the temple of the Cnidian Venus, where snails too, we are forced to believe, have the same potency. Of the Roman authorities some have given this fish the Latin name of *mora*,[b]

alii lubricos partus atque procidentes continere[1] ad maturitatem adalligatum,[2] ut diximus, prodiderunt, alii sale adservatum adalligatumque gravidis partus solvere, ob id alio nomine odinolyten appellari. quocumque modo ista se habent, quis ab hoc tenendi navigia exemplo de ulla potentia naturae vique et effectu in remediis sponte nascentium rerum dubitet?

7 II. Quid? non et sine hoc exemplo per se satis esset ex eodem mari torpedo? etiam procul et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis praevalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes? quod si necesse habemus fateri hoc exemplo esse vim aliquam, quae odore tantum et quadam aura corporis sui adficiat membra, quid non de remediorum omnium momentis sperandum est?

8 III. Non sunt minus mira quae de lepore marino traduntur. venenum est aliis in potu aut cibo datus, aliis etiam visu, siquidem gravidae, si omnino adspexerint feminam ex eo genere dumtaxat, statim nausiant et redundatione stomachi vitium fatentur[3] ac deinde abortum faciunt. remedio est mas ob id induratus sale, ut in bracchialibus habeant. eadem res in mari ne tactu quidem nocet. vescitur eo unum tantum animalium, ut non intereat, mullus piscis; tenerescit tantum et inertior[4] viliorque fit.

[1] continere B, *Mayhoff*: contineri *ceteri codd.*

[2] adalligatum *Mayhoff*: adalligato B: adalligato eo *plerique codd., Detlefsen.*

[3] nausiam et redundationem stomachi vomitu fatentur *coni. Mayhoff.*

[4] inertior B[1], *Ianus, Mayhoff*: ingratior *codd. vulg., Detlefsen.*

---

[a] See IX. § 79.

[b] That is: "deliverer from birth-pangs."

and a marvel is told by some Greeks, who have related, as I have said,[a] that worn as an amulet it arrests miscarriage, and by reducing procidence of the uterus allows the foetus to reach maturity; others say that preserved in salt and worn as an amulet it delivers pregnant women, this being the reason why another name, *odinolytes*,[b] is given to it. However these things may be, would anybody after this instance of staying a ship's course entertain doubts about any power, force, and efficacy of nature, to be found in remedies from things that grow spontaneously?

II. But surely, even without this example, evidence enough by itself could be found in the electric-ray, which also is a sea creature. Even at a distance, and that a long distance, or if it is touched with a spear or rod, to think that the strongest arms are numbed, feet as swift in racing as you like are paralysed! But if this example forces us to confess that there is a force which by smell alone, and by what I may call the breath from the creature's body, so affects our limbs, what limits are there to our hopes based on the potency of all remedies?

III. No less wonderful things are related of the sea-hare. To some it is poison if given in drink or food, to others if merely seen, since pregnant women, if they have but looked at one, the female, that is, of the species, at once feel nausea, show by regurgitation signs of a disordered stomach, and then miscarry. The remedy is a male specimen, specially hardened for this purpose with salt, to be worn in a bracelet. In the sea, however, it does not hurt, even by touch. There feeds on it without being killed one creature only, red mullet, which merely becomes flabby, more insipid, and coarser. Struck by it a human being

9 homines, quibus inpactus est, piscem olent; hoc primo argumento veneficium id deprehenditur. cetero moriuntur totidem in diebus, quot vixerit lepus, incertique temporis veneficium id esse auctor est Licinius Macer. in India adfirmant non capi viventem invicemque ibi hominem illi pro veneno esse ac vel digito omnino in mari tactum mori, esse autem multo ampliorem, sicuti reliqua animalia.

10 IV. Iuba in iis voluminibus, quaes cripsit ad C. Caesarem Aug. f. de Arabia, tradit mitulos ternas heminas capere, cetos sescentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiae intrasse, pinguique eius mercatores negotiatos, et omnium piscium adipe camelos perungui in eo situ, ut asilos ab iis fugent odore.

11 V. Mihi videntur mira et quae Ovidius prodidit piscium ingenia in eo volumine, quod halieuticon inscribitur: scarum inclusum nassis non fronte erumpere nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudae ictibus crebris laxare fores atque ita retrorsum repere, quem luctatum eius si forte alius scarus extrinsecus videat, adprehensa mordicus cauda adiuvare nisus erumpentis; lupum rete circumdatum
12 harenas arare cauda atque ita condi dum transeat rete; murenam maculas adpetere ipsas consciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu laxare, donec evadat; polypum hamos adpetere bracchiisque com-

[a] Or, perhaps better: "In India they say that etc."
[b] I.e. "On fishing."

smells of fish ; this is the first symptom by which such poisoning is detected. Furthermore, the victims die in the same number of days as the hare has lived, and Licinius Macer is authority for saying that this poison has variable periods for its action. They say that in India [a] the sea-hare is never caught alive ; and that inversely man is there poisonous to the hare ; that even a mere touch of a human finger in the sea is fatal to it ; but that like all other animals the Indian variety is far larger.

IV. In those volumes about Arabia which he dedicated to Gaius Caesar, the son of Augustus, Juba related that there are mussels there with shells holding three heminae ; that a whale 600 feet long and 360 feet broad entered a river of Arabia ; that merchants did a trade with its blubber ; and that camels in that district are rubbed all over with the fat of any fish, so that gad-flies may be kept away by the smell.

V. Wonderful too appear to me the characters of fishes given by Ovid in his book entitled *Halieuticon* : [b] how the scarus, caught in a weel, does not burst out to the front, or thrust his head through the osiers that imprison him, but turns round, widens the gaps with repeated blows of his tail, and so creeps backwards. If by chance his struggles are seen by another scarus outside, he seizing the other's tail with his teeth helps the efforts to burst out. The basse, he says, when surrounded by a net, ploughs a hole in the sand with his tail, and so is buried until the net passes over him. He says too that the murena, knowing that his back is rounded and slippery, attacks the meshes themselves, and then by involved wriggling widens them until he escapes ; that the

plecti, non morsu, nec prius dimittere, quam escam circumroserit, aut harundine levatum extra aquam. scit et mugil esse in esca hamum insidiasque non ignorat, aviditas tamen tanta est, ut cauda verber-
13 ando excutiat cibum. minus in providendo lupus sollertiae habet, sed magnum robur in paenitendo. nam ut[1] haesit in hamo tumultuoso discursu laxat volnera, donec excidant insidiae. murenae amplius devorant quam hamum, admovent dentibus lineas atque ita erodunt. anthias[2] tradit idem infixo hamo invertere se, quoniam sit in dorso cultellata spina, eaque liniam praesecare.

14 Licinius Macer murenas feminini tantum sexus esse tradit et concipere e serpentibus, ut diximus ob id sibilo a piscatoribus tamquam a serpentibus evocari et capi.[3] . . . et pinguescere, iactato fusti non interemi, easdem ferula protinus. animam in cauda habere certum est eaque icta celerrime exanimari, ad capitis ictum difficulter. novacula pisce qui attacti sunt, ferrum olent. durissimum esse piscium constat qui orbis vocetur; rotundus est, sine squamis totusque capite constat.

15 VI. Trebius Niger xiphian, id est gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naves perfossas mergi; in oceano ad locum Mauretaniae, qui Cottae vocetur, non procul Lixo flumine idem lolligines evolare ex aqua tradit tanta multitudine, ut navigia demergant.

[1] ut *multi codd.*: si in B[1]: si ut B[2] *Sillig*: is, ut *Mayhoff.*
[2] anthias *Urlichs, Detlefsen, Mayhoff*: *varia codd.*
[3] *Hic Mayhoff lacunam esse coni.*

[a] See IX. § 76.

polypus attacks the hook, grips it with his tentacles, not teeth, and does not let it go before he has nibbled round the bait, or been lifted out of the water by the rod. The mugil too knows that in the bait is a hook, and is quite aware of the trap; his greed however is so great that by lashing with his tail he knocks off the food. The basse has less cunning insight, but great strength when he realizes his mistake. For when caught on the hook he dashes about wildly, widening the wounds until the snare is torn out. The murena swallows more than the hook, applies the line to his teeth, and so gnaws it through. Ovid also relates that the anthias, when the hook catches, turns over, since on his back is a spine with a knife-edge, with which he cuts through the line.

Licinius Macer relates that the murena is female only, and conceives out of serpents, as I have said,[a] and that therefore fishermen whistle in imitation of a serpent's call, and so catch the fish, and . . . grow fat; that a club hurled at them does not kill, but fennel-giant kills at once. It is certain that the seat of life is in their tail, for if this is struck they very quickly die, but it is difficult to kill them by blows on the head. Those touched by the razor-fish smell of iron. It is a well-known fact that the hardest fish is the *orbis*, which is round, without scales, and all head.[b]

VI. Trebius Niger tells us that the xiphias, that is the sword-fish, has a pointed beak, by which ships are pierced and sunk; in the open sea, off the place in Mauretania called Cottae, not far from the river Lixus, the same authority tells us that the lolligo flies out of the water in such numbers as to sink a

[b] The repetition of *constat* in different senses is very awkward; it is an instance of "unconscious repetition."

Lolligo quotiens cernatur extra aquam volitans, tempestates mutari.[1]

16 VII. E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Caesaris villis, sed—quae veteres prodidere in stagnis, non piscinis, admirati—in Heloro Siciliae castello non procul Syracusis, item in Labrayndi Iovis fonte anguillae et inaures additas gerunt, similiter in Chio iuxta Senum delubrum, in Mesopotamiae quoque fonte Chabura, de quo diximus, pisces.

17 VIII. Nam in Lycia Myris in fonte Apollinis, quem Curium appellant, ter fistula vocati veniunt ad augurium. diripere eos carnes abiectas laetum est consultantibus, caudis abigere dirum. Hieropoli Syriae in lacu Veneris aedituorum vocibus parent, vocati veniunt exornati auro, adulantes scalpuntur, ora hiantia manibus inserendis praebent. in Stabiano Campaniae ad Herculis petram melanuri in mari panem abiectum rapiunt, iidem ad nullum cibum, in quo hamus sit, accedunt.

18 IX. Nec illa in novissimis mira, amaros esse pisces ad Pelen insulam et ad Clazomenas, contra scopulum Siciliae [2] ac Leptim Africae et Euboeam et Durrachium, rursus ita salsos, ut possint salsamenta existumari, circa Cephallaniam et Ampelon, Paron et Deli petras, in portu eiusdem insulae dulces. quam
19 differentiam pabulo constare non est dubium. Apion

[1] lolligo . . . mutari *post* demergant *transfert Mayhoff, qui* nuntiari *pro* mutari *coni.*

[2] Siciliae *codd., Mayhoff*: Scyllae *Urlichs, Detlefsen.*

[a] The last sentence is transferred to this place from the end of § 14 by Mayhoff (not in his text), who also reads *nuntiari*, that is: "storms are indicated."

vessel. Whenever the lolligo, he says, is seen flying out of the water a change of weather occurs.[a]

VII. In several country seats indeed of the Emperor fish eat out of the hand, but—what our old writers have recorded with wonder as occurring in natural pools, not fish-ponds—at Helorus, a fortress of Sicily not far from Syracuse, and likewise in the spring of Jupiter of Labraynda, the eels even wear ear-rings, as do the fishes in Chios near the Shrine of the Old Men, and in the spring Chabura also in Mesopotamia, about which I have spoken.[b]

VIII. But at Myra in Lycia in the spring of Apollo called Curium, when summoned three times by the pipe the fishes come to give oracular responses. For the fish to snap at the meat thrown to them is a happy augury for enquirers, to cast it aside with their tails an augury of disaster. At Hieropolis in Syria the fish in the pond of Venus obey the voice of the temple ministers; they come at their call adorned with gold, fawning to be scratched, and offer gaping mouths to receive their hands. At Stabiae in Campania at the Rock of Hercules the melanuri in the sea seize the bread thrown to them, but they will not go near any food in which is a hook.

IX. Nor are these the last among the marvels we know of fishes: that they are bitter near the island of Pele and near Clazomenae, over against the rock of Sicily,[c] Leptis in Africa, Euboea, and Dyrrhachium; and again, so salt that they might be thought pickled, off Cephallania, Ampelos, Paros and the rocks of Delos; while in the harbour of Delos they are sweet. These differences depend without a doubt on the

[b] See XXXI. § 37.

[c] I.e. Scylla, which has been conjectured for Sicilia.

piscium maximum[1] esse tradit porcum, quem Lacedaemoni orthagoriscum vocent; grunnire eum, cum capiatur. esse vero illam naturae accidentiam—quod magis miremur—etiam in locis quibusdam, adposito occurrit exemplo, siquidem salsamenta omnium generum in Italia Beneventi refici constat.

20 X. Pisces marinos in usu fuisse protinus a condita Roma auctor est Cassius Hemina, cuius verba de ea re subiciam: Numa constituit ut pisces, qui squamosi non essent, ni pollucerent, parsimonia commentus, ut convivia publica et privata cenaeque ad pulvinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent pretio minus parcerent eaque praemercarentur.

21 XI. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, de quis suo loco satis diximus, tantum apud Indos curalio; namque ista persuasione gentium constant.[2] gignitur et in Rubro quidem mari, sed nigrius, item in Persico—vocatur lace—laudatissimum in Gallico sinu circa Stoechadas insulas et in Siculo circa Aeolias ac Drepana. nascitur et apud Graviscas et ante Neapolim Campaniae; maximeque rubens, sed molle
22 et ideo vilissimum Erythris. forma est ei fruticis, colos viridis. bacae eius candidae sub aqua ac molles, exemptae confestim durantur et rubescunt qua corna

[1] maximum *codd.*: maxime mirum *Mayhoff, qui notam addit*: "*an excidit* (*ante* Apion) *alterum exemplum piscis aliquo loco non muti?*"
[2] constant *multi codd.*: constat BV: ita . . . constat *in Appendice Mayhoff.*

[a] With Mayhoff's reading: "most wonderful."
[b] An historian who flourished about 140 B.C.
[c] See IX. § 104 foll.
[d] This phrase is generally taken with the preceding clause. The punctuation is mine.

food. Apion tells us that the largest [a] of the fishes is the pig-fish, which the Lacedaemonians call *orthagoriscus*, saying that it grunts when it is caught. That this accident of nature, however (to increase our wonder), is also met with in certain localities, is suggested by a ready example, seeing that salted foods of every kind, as is well known, at Beneventum in Italy have to be resalted.

X. That sea fish were commonly eaten immediately after the foundation of Rome is told us by Cassius Hemina,[b] whose very words on the subject I will quote here. "Numa ordained that scaleless fish should not be provided at sacrificial meals, being induced by reasons of economy, so that provision could be more easily made for public and private banquets and for feasts of the gods, to prevent caterers on those sacred occasions from being extravagant and buying up the market."

XI. Coral is as valuable among the Indians as Indian pearls, about which I have spoken [c] in their proper place, are among the Romans, for cost varies with the demand of any particular people. Coral is also found in the Red Sea, but this is of a darker colour; also in the Persian Gulf—this is called *lace*—the most valued is in the Gallic Gulf around the Stoechades Islands, in the Sicilian Gulf around the Aeolian Islands, and around Drepana. Coral also grows at Graviscae and before Naples in Campania; but that at Erythrae, which is very red indeed,[d] is soft and therefore thought worthless.

In shape coral is like a shrub, and its colour is green. Its berries are white under the water and soft; when taken out they immediately harden and grow red, being like, in appearance and size, to those of

sativa specie atque magnitudine. aiunt tactu pro-
tinus lapidescere, si vivat; itaque occupari evellique
retibus aut acri ferramento praecidi, qua de causa
curalium vocitatum interpretantur, probatissimum
quam maxime rubens et quam ramosissimum nec
scabiosum aut lapideum aut rursus inane et concavum.
23 auctoritas bacarum eius non minus Indorum viris
quoque pretiosa est quam feminis nostris uniones
Indici. harispices eorum vatesque inprimis religio-
sum id gestamen amoliendis periculis arbitrantur.
ita et decore et religione gaudent. prius quam hoc
notesceret, Galli gladios, scuta, galeas, adornabant
eo. nunc tanta paenuria est vendibili merce, ut per-
24 quam raro cernatur in suo orbe. surculi infantiae
adalligati tutelam habere creduntur, contraque tor-
minum ac vesicae et calculorum mala in pulverem
igni redacti potique cum aqua auxiliantur, simili
modo ex vino poti aut, si febris sit, ex aqua somnum
adferunt—ignibus diu repugnat [1]—sed eodem medi-
camine saepius poto tradunt lienem quoque absumi.
sanguinem reicientibus excreantibusve medetur cinis
eorum; miscetur oculorum medicamentis, spissat
enim ac refrigerat, ulcerum cava explet, cicatrices
extenuat.

25 XII. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Graeci antipathian vocant, nihil est usquam venenatius quam in mari pastinaca, utpote cum radio eius arbores necari dixerimus. hanc tamen persequitur

[1] "*an* ignibus diu repugnat *pertinet ad finem* § *22 post* concavum?" *Mayhoff.*

[a] Greek κείρω, I cut. [b] See § 23.

[c] The reason for the proposed transposition is the sudden change from plural to singular (*creduntur, auxiliantur, adferunt, repugnat*).

cultivated cornel. It is said that at a touch it immediately petrifies, if it lives; and that therefore it is quickly seized and pulled away in nets or cut off by a sharp iron instrument. In this way they explain its name "coral." [a] The most valued coral is the reddest and most branchy, without being rough or stony, or again empty and hollow. Coral berries are no less valued by Indian men than are large Indian pearls by Roman women. Indian soothsayers and seers think that coral is a very powerful amulet [b] for warding off dangers. Accordingly they take pleasure in it both as a thing of beauty and as a thing of religious power. Before the Indian love of coral became known, the Gauls used to ornament with coral their swords, shields, and helmets. At the present day it has become so scarce because of the price it will fetch that it is very rarely to be seen in the countries where it grows. Branches of coral, worn as an amulet by babies, are believed to be protective, and reduced to powder by fire and taken with water are helpful in gripings, bladder trouble and stone; similarly, taken in wine, or, if fever is present, in water, coral is soporific. Coral resists fire for a long time,[c] but they say also that taken in drink repeatedly as medicine it consumes the spleen. The ash of coral branches is good treatment for bringing up or spitting of blood. It is a component of eye salves, for it is astringent and cooling, fills up the hollows of ulcers, and smooths out scars.

XII. As to the hostility between things, which the Greeks call *antipathia*, there is nowhere anything more venomous than the sting-ray in the sea, since we have said [d] that by its ray trees are killed. The

[d] See IX. § 155.

galeos, idem et alios quidem pisces, sed pastinacas praecipue, sicut in terra mustela serpentes—tanta est avidatas ipsius veneni—percussis vero ab ea medentur et hic quidem, sed et mullus ac laser,

26 XIII. spectabili naturae potentia, in iis quoque, quibus et in terris victus est, sicut fibris, quos castoras vocant et castorea testes eorum. amputari hos ab ipsis, cum capiantur, negat Sextius diligentissimus medicinae, quin immo parvos esse substrictosque et adhaerentes spinae, nec adimi sine vita animalis posse; adulterari autem renibus eiusdem, qui sint grandes cum veri testes parvi admodum reperiantur;

27 praeterea ne vesicas quidem esse, cum sint geminae, quod nulli animalium; in iis folliculis inveniri[1] liquorem et adservari sale; itaque inter probationes falsi esse folliculos geminos ex uno nexu dependentes, quod ipsum corrumpi fraude conicientium cummin cum sanguine aut Hammoniacum, quoniam Hammoniaci coloris esse debeant, circumdati liquore veluti mellis cerosi, odore graves, gustu amaro et acri, friabiles. efficacissimi e Ponto Galatiaque, mox

28 Africa. sternumenta olfactu movent. somnum conciliant cum rosaceo et peucedano peruncto capite et per se poti ex aqua, ob id phreneticis utiles; iidem

[1] "*locus adhuc corruptus videtur; exspectaveris potius* ne vesicam quidem (*sc.* communem) esse, cum sint gemini folliculi . . . in iis inveniri *sqq. cfr. Diosc.*" *Mayhoff.*

[a] The plural (*efficacissimi*, *movent*, etc.) is due to *testes*, but it seems more natural in English to use the singular, referring to *castoreum*.

galeos however chases the sting-ray, and also indeed other fishes, but the sting-ray in particular, just as on land the weasel chases serpents, so great is its greed for the very poison itself. Those however stung by the sting-ray find good treatment in the *galeos*, as well as in red mullet and laser.

XIII. Equally remarkable is the might of Nature in those creatures also which are amphibious, such as the beaver, which they call *castor* and its testes *castoreum*. Sextius, a very careful inquirer into medical subjects, denies that the beaver himself bites off his own testes when it is being captured; he says that on the contrary these are small, tightly knit, attached to the spine, and not to be taken away without destroying the creature's life. Castoreum (beaver-oil) he says is however adulterated by beaver's kidneys, which are large, while the real testes are found to be very small. Moreover, they cannot even be the creature's bladders, for they are twin, and no animal has two bladders. In these pouches (he goes on) is found a liquid, which is preserved in salt. Accordingly one of the tests of fraud is whether two pouches hang down from one connection, while the liquid itself is adulterated by adding to it cummin and beaver blood or ammoniacum, because the testes ought to be of the colour of ammoniacum, coated with a liquid like waxy honey, with a strong smell, a bitter taste, and friable. The most efficacious castoreum comes [a] from Pontus and Galatia, the next best from Africa. Doctors cause sneezing by its smell. It is soporific if the head is rubbed all over with beaver oil, rose oil, and peucedanum, or if by itself it is taken in water, for which reason it is useful in brain fever. It also arouses, by

lethargicos odoris[1] suffitu excitant volvarumque
exanimationes vel subditu, ac menses et secundas
29 cient II drachmis cum puleio ex aqua poti. meden-
tur et vertigini, opisthotono, tremulis, spasticis,
nervorum vitiis, ischiadicis, stomachicis, paralyticis,
perunctis omnibus, vel triti ad crassitudinem mellis
cum semine viticis ex aceto ac rosaceo. sic et contra
comitiales sumpti, poti vero contra inflationes, tor-
mina, venena. differentia tantum contra genera est
30 mixturae, quippe adversus scorpiones ex vino bibun-
tur, adversus phalangia et araneos ex mulso ita, ut
vomitione reddantur aut ut contineantur cum ruta,
adversus chalcidas cum myrtite, adversus cerasten et
presteras cum panace aut ruta ex vino, adversus
ceteras serpentes cum vino. dari binas drachmas
31 satis; eorum, quae adiciantur, singulas. auxiliantur
privatim contra viscum ex aceto, adversus aconitum
ex lacte aut aqua, adversus helleborum album ex
aqua mulsa nitroque. medentur et dentibus infusi
cum oleo triti in aurem, a cuius parte doleant,
aurium dolori melius, si cum meconio. claritatem
visus faciunt cum melle Attico inunctis. cohibent
singultus ex aceto. urina quoque fibri resistit
venenis et ob id in antidota additur. adservatur
autem optume in sua vesica, ut aliqui existumant.

32 XIV. Geminus similiter victus in aquis terraque
et testudinum effectusque par, honore habendo vel
propter excellens in usu pretium figuraeque pro-
prietatem. sunt ergo testudinum genera terrestres,

[1] odoris] "*an* odore?" *Mayhoff.*

[a] See Book XXIX. § 102.

the smell of fumigation, sufferers from coma and hysterical, fainting women, the latter also by a pessary; it is an emmenagogue and brings away the after-birth if two drachmae are taken in water with pennyroyal. It is also a remedy for vertigo, opisthotonus, palsied tremors, cramps, sinew pains, sciatica, stomach troubles, and paralysis; in all cases by rubbing all over, or ground to the consistency of honey with seed of vitex in vinegar and rose oil. In this form it is taken for epilepsy, but in drink for flatulence, griping and poisons. The only difference in its use for the various poisons lies in the ingredients with which it is mixed. For scorpion bites it is taken in wine; for the phalangium and other spiders in honey wine if it is to be vomited back or with rue if it is to be retained; for the chalcis [a] with myrtle wine; for the horned asp and prester with panaces or rue in wine; for the bites of other serpents with wine. Two drachmae are a sufficient dose, of the other ingredients one drachma. It is specific in vinegar for mistletoe poisoning, in milk or water for poisoning by aconite, for white hellebore in oxymel and soda. It also cures toothache if pounded with oil; it is poured into the ear on the side of the pain; for ear-ache it is better mixed with poppy juice. Added to Attic honey and used as an ointment it improves the vision. In vinegar it checks hiccoughs. Beaver urine, too, counteracts poisons, and therefore is added to antidotes. It is however best preserved, as some think, in the beaver's bladder.

XIV. Like the beaver the tortoise is amphibious, and of the same medical properties, distinguished by the high price given for its use, and by its peculiar shape. So there are various kinds: tortoises that live

marinae, lutariae et quae in dulci aqua vivunt. has
33 quidam e Graecis emydas appellant. Terrestrium carnes suffitionibus propriae magicisque artibus refutandis et contra venena salutares produntur. plurimae in Africa. hae ibi amputato capite pedibusque pro antidoto dari dicuntur et e iure in cibo sumptae strumas discutere, lienes tollere, item comitiales morbos. sanguis earum claritatem visus facit, sistit[1] suffusiones oculorum. et contra serpentium omnium et araneorum ac similium et ranarum venena auxiliatur servato sanguine in farina pilulis factis et, cum opus sit, in vino datis. felle testudinum cum Attico melle glaucomata inungui prodest,
34 scorpionum plagae instillari.[2] tegimenti cinis vino et oleo subactus pedum rimas ulceraque sanat. squamae e summa parte derasae et in potu datae venerem cohibent. eo magis hoc mirum, quoniam totius tegimenti farina accendere traditur libidinem. urinam aliter earum quam in vesica dissectarum inveniri posse non arbitror et inter ea[3] esse hoc quoque, quae portentose Magi demonstrant, adversus aspidum ictus singularem, efficaciorem tamen, ut aiunt, cimicibus admixtis. ova durata inlinuntur strumis et ulceribus frigore aut adustione factis. sorbentur in
35 stomachi doloribus. Marinarum carnes admixtae ranarum carnibus contra salamandras praeclare auxiliantur, neque est testudine aliud salamandrae

[1] sistit *Brakman*: discutit *Mayhoff*: *in codd. lacuna.*

[2] instillari *codd.*: instillant *Mayhoff.*

[3] inter ea *codd.*: interanea *Detlefsen*: "*locus fortasse nondum sanatus,*" *Mayhoff.*

[a] Brakman's *sistit* is perhaps the best supplement of the lacuna.

[b] Toads are included in *ranae.*

on land, in the sea, in muddy water, and in fresh water. The last are called by some Greeks *emydes*.

The flesh of the land tortoise is reported to be especially useful for fumigations, to keep off magical tricks, and to counteract poisons. It is most common in Africa. There the flesh of this tortoise, with its head and feet cut off, is said to be given as an antidote, and taken in its broth as food to disperse scrofulous sores, to reduce the spleen, and to cure epilepsy. The blood clarifies the vision and arrests [a] cataract. For the poisons of all serpents, spiders and similar creatures, and of frogs,[b] it is of service; the blood is preserved in flour, made up into pills, and given in wine when necessary. It is beneficial to use the gall of tortoises with Attic honey as an eye-wash for opaqueness of the lens, and to drop it [c] into the wounds made by scorpions. The shell, reduced to ash and kneaded with wine and oil, heals chaps and sores on the feet. Shavings from the top of the shell and given in drink are antaphrodisiac. This is all the more surprising because the whole shell, reduced to powder, is said to incite to lust. The urine of this tortoise, I believe, is found only in the bladder of dissected animals, and this is one of the substances to which the Magi give supernatural virtues as being specific for the bites of asps; a more efficacious one, however, they say, if bugs are added. The eggs are applied hard boiled to scrofulous sores, frost bites and burns. They are swallowed for pains in the stomach.

The flesh of sea tortoises mixed with that of frogs is an excellent remedy for salamander bites, and nothing is more opposed to the salamander than the

[c] If a comma is placed at *prodest* the *instillari* of the MSS. can perhaps be kept with *fel* as its understood subject.

adversius. sanguine alopeciarum inanitas et porrigo omniaque capitis ulcera curantur; inarescere eum oportet lenteque ablui. instillatur et dolori aurium cum lacte mulierum. adversus morbos comitiales manditur cum polline frumenti, miscetur autem san-
36 guinis[1] heminis tribus aceti hemina. datur et suspiriosis, sed tum hemina vini additur;[2] his et cum hordeacea farina, aceto quoque admixto, ut sit quod devoretur fabae magnitudine; et haec singula et matutina et vespera dantur, dein post aliquot dies bina vespera. comitialibus instillatur ore diducto;[3] iis, qui modice corripiantur spasmo, cum castoreo
37 clystere infunditur. quod si dentes ter annis[4] colluantur testudinum sanguine, immunes a dolore fiant. et anhelitus discutit quasque orthopnoeas vocant; ad has in polenta datur. fel testudinum claritatem oculorum facit, cicatrices extenuat, tonsillas sedat et anginas et omnia oris vitia, privatim nomas ibi, item testium. naribus inlitum comitiales erigit attollitque. idem cum vernatione anguium aceto admixto unice purulentis auribus prodest. quidam bubulum fel admiscent decoctarum[5] carnium testu-
38 dinis suco, addita aeque vernatione anguium; sed vino testudinem excocunt. oculorum utique vitia omnia fel inunctum cum melle emendat, suffusiones

[1] tum *Ianus, Mayhoff*: cum B *Sillig, Mayhoff.*

[2] additur B, *Sillig, Mayhoff*: addito VRdT, *Hard.*: *coni.* sed cum hemina vini. manditur his et *Mayhoff.*

[3] diducto B, *Gelenius*: diducis VR: deductis E, *vulg.*

[4] annis VRf, *Io. Müller*: minis B: *coni.* heminis *Mayhoff.*

[5] decoctarum *Mayhoff*: decoctarumve (decoctarumque) *codd.*

tortoise. Its blood is good treatment for the bare patches of mange, for dandruff, and for all sores on the head; it should be allowed to dry and then gently washed off. With woman's milk it is poured by drops into aching ears. For epilepsy it is taken with wheaten flour, but three heminae of blood are diluted with one hemina of vinegar. It is also given for asthma, but with a hemina of wine added; for this purpose also with barley flour, vinegar too being added, so that the dose to be swallowed is the size of a bean. One of these doses is given morning and evening; then after a few days a double dose is given in the evening. The mouths of epileptics are opened and the blood poured by drops into them; to those seized with a slight convulsion is given an enema of the blood and beaver oil. If teeth are rinsed with tortoise blood three times a year [a] they will become immune to toothache. It is a remedy too for shortness of breath and for what is called orthopnoea; when so used it is administered in pearl barley. Tortoise gall gives clearness of vision, effaces scars, relieves sore tonsils, quinsy, and all diseases of the mouth, being specific for malignant sores there and on the testicles. If the nostrils are smeared with it, epileptics are roused and made to stand up. The gall too with snakes' slough and vinegar is also a sovereign remedy for pus in the ears. Some mix ox gall with the broth of boiled tortoise-flesh, adding the same amount of snakes' slough, but they boil the tortoise in wine. An application of the gall with honey cures especially all affections of the eyes; cataract is also cured by the gall of sea tortoise with

[a] If we adopt Mayhoff's attractive emendation: "three times with a hemina."

etiam marinae fel cum fluviatilis sanguine et lacte. capillus mulierum inficitur felle. contra sala-
39 mandras vel sucum decoctae bibisse satis est. Tertium genus testudinum est in caeno et paludibus viventium. latitudo his et in dorso pectori similis nec convexo curvata calice, ingrata visu. ex hac quoque tamen aliqua contingunt auxilia. tres namque in succensa sarmenta coiectae dividentibus se tegumentis rapiuntur, tum evolsae carnes earum cocuntur in congio aquae sale modice addito; ita decoctarum ad tertias partes sucus paralysim et articularios morbos sentientibus bibitur. detrahit idem fel pituitas sanguinemque vitiatum. sistitur eo remedio alvus
40 aquae frigidae potu. E quarto genere testudinum, quae sunt in amnibus, divolsarum pinguia cum aizoo herba tunsa admixto un guento et semine lili, si ante accessiones perunguantur aegri praeter caput, mox convoluti calidam aquam bibant, quartanis liberare dicuntur. hanc testudinem xv luna capi oportere, ut plus pinguium reperiatur, verum aegrum xvi luna perungui. ex eodem genere testudinum sanguis instillatus cerebro capitis dolores sedat, item strumas.
41 sunt qui testudinum sanguinem cultro aereo supinarum capitibus praecisis excipi novo fictili iubeant, ignem sacrum cuiuscumque generis sanguine inlini, item capitis ulcera manantia, verrucas. iidem pro-

[a] Evidently the Magi, but for some reason Pliny withholds the name.

the blood of river tortoise and milk. Woman's hair is dyed by the gall. For salamander bites it is enough merely to drink the broth of a decoction.

A third kind of tortoise lives in mud and marshes. These have a level width, like that across the breast, over the back also; this is not rounded into a cup-like convexity—indeed an unpleasant sight. Yet from this creature also a few remedies are obtained. For three are together thrown on burning brushwood, and when the shells separate they are at once taken off; the flesh is then torn away and boiled in a congius of water with a little salt added. The broth is boiled down to one third and taken for paralysis and diseases of the joints. The gall of this creature carries off phlegms and vitiated blood. This remedy taken in cold water acts astringently on the bowels.

There is a fourth kind of tortoise, which lives in rivers. The shells being torn off, the fats are beaten up with houseleek mixed with unguent and lily seed. If of a patient all the body except the head is rubbed with this preparation before the paroxysms come on, and he is then wrapped up and drinks hot water, he is cured, it is said, of quartan ague. This tortoise, they say, should be killed on the fifteenth of the moon, so that more fats may be obtained from it, but the patient should be rubbed on the sixteenth. The blood too of this kind of tortoise, poured in drops on the skull, relieves headache as well as scrofulous sores. There are some [a] who recommend tortoises to be laid on their backs, their heads chopped off with a bronze knife, and the blood caught in new earthenware; this blood is to be used as embrocation for all kinds of erysipelas, running sores on the head, and warts. The same authorities assure us that the dung of all

mittunt testudinum omnium fimo panos discuti; et, quod incredibile dictu sit, aliqui tradunt tardius ire navigia testudinis pedem dextrum vehentia.

42 XV. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia, non quia ignoremus gratiorem esse universitatem animalium maiorisque miraculi, sed hoc utilius est vitae, contributa habere remedia, cum aliud alii prosit, aliud alibi facilius inveniatur.

43 XVI. Venenatum mel diximus ubi nasceretur. auxilio est piscis aurata in cibo. vel si ex melle sincero fastidium cruditasve, quae fit gravissima, incidat, testudinem circumcisis pedibus, capite, cauda decoctam antidotum esse auctor est Pelops, scincum Apelles. quid esset scincus diximus, saepius vero
44 quantum veneficii in menstruis mulierum. contra ea omnia auxiliatur, ut diximus, mullus, item contra pastinacam et scorpiones terrestres marinosque et dracones, phalangia inlitus sumptusve in cibo, eiusdem recentis e capite cinis contra omnia venena, privatim contra fungos. mala medicamenta inferri negant posse aut certe nocere stella marina volpino sanguine inlita et adfixa limini superiori aut clavo aereo ianuae.

45 XVII. draconis marini scorpionumque ictus carnibus earum inpositis, item araneorum morsus sanantur. in summa contra omnia venena vel potu vel ictu vel morsu noxia sucus earum e iure decoctarum efficacissi-

[a] See XXI. § 74 foll.
[b] See VIII. § 91 and XXVIII. § 119.
[c] See VII. § 64 and XXVIII. § 82.

tortoises disperses superficial abscesses; and others tell us (an incredible remark) that vessels travel more slowly if the right foot of a tortoise is on board.

XV. From now on I will arrange water creatures according to diseases, not that I do not know that a complete account of each living thing is more attractive and more wonderful, but it is more useful to mankind to have remedies grouped into classes, since they vary with individuals, and are more easily found in one place than in another.

XVI. I have already said [a] where poisonous honey is found. A remedy is the gilthead fish taken in food. But if pure honey should cause nausea, or indigestion that becomes very acute, an antidote is, according to Pelops, the decoction of a tortoise with the feet, head, and tail cut off; according to Apelles, a similar decoction of a scincus; I have said what a scincus is.[b] Several times moreover I have said how poisonous is the menstrual fluid of women; [c] against all forms of it, as I have said, the red mullet is a help, as it is against the sting-ray, land- and sea-scorpions, the weever fish, and poisonous spiders. It may be applied locally or taken in food. A fresh red mullet's head, reduced to ash, is an antidote to all poisons, being specific against poisonous fungi. They say that noxious charms cannot enter, or at least cannot harm, homes where a star-fish, smeared with the blood of a fox, has been fastened to the upper lintel or to the door with a bronze nail.

XVII. By an application of tortoise flesh are healed the stings of weever fish, of scorpions, and also the bites of spiders. To sum up: the gravy of tortoise meat, that is, the broth obtained by boiling it down, is considered to be a most efficacious antidote for all

mus habetur. sunt et servatis piscibus medicinae, salsamentorumque cibus prodest a serpente percussis et contra bestiarum ictus mero subinde hausto ita, ut per se etiam [1] cibus vomitione reddatur, peculiariter
46 a chalcide, ceraste aut quas sepas vocant aut elope, dispsade percussis. contra scorpionem largius sumi, sed non evomi, salsamenta prodest ita, ut sitis toleretur; et inponere plagis eadem convenit. contra crocodilorum quidem morsus non aliud praesentius habetur. privatim contra presteris morsum sarda prodest. inponuntur salsamenta et contra canis
47 rabiosi; vel si non sint ferro ustae plagae corporaque clysteribus exinanita, hoc per se sufficit. et contra draconem marinum ex aceto inponuntur. idem et cybio effectus. draco quidem marinus ad spinae suae, qua ferit, venenum ipse inpositus vel cerebro toto [2] prodest.

48 XVIII. Ranarum marinarum ex vino et aceto decoctarum sucus contra venena bibitur, et contra ranae rubetae venenum et contra salamandras. fluviatilium [3] si carnes edantur iusve decoctarum sorbeatur, prosunt et contra leporem marinum et contra serpentes supra dictos, contra scorpiones ex vino.
49 Democritus quidem tradit, si quis extrahat ranae viventi linguam, nulla alia corporis parte adhaerente, ipsaque dimissa in aquam inponat supra cordis palpi-

[1] per se etiam B[2] *Sillig*: ad vesperam *multi codd.*: per satiem *Mayhoff.*

[2] toto *multi codd.*; toti B: poto *Mayhoff.*

[3] fluviatilium *Detlefsen*: fluviatilil/jiū B[2]: *ante ponunt* vel e *multi codd.*

[a] *Ad vesperam* would be "towards evening"; *ad satiem* "to a surfeit."

[b] *Poto*: "its brain taken in drink."

poisons, whether conveyed in drink, by sting, or by bite. There are also remedies from preserved fish; to eat salted fish is good for the bites of snakes and of other venomous creatures, but now and then should be drunk enough neat wine to bring back by vomiting even the food whole;[a] the remedy is specially good for those bitten by the chalcis lizard, horned viper, what is called seps, elops, or dipsas. For scorpion stings a bigger dose of salted fish is beneficial, but not enough to cause the vomiting, or intolerable thirst; it is also good to lay salted fish on the wounds. Against the bites of crocodiles nothing else is considered to be a more sovereign remedy. The sarda is specific against the bite of the prester. Salted fish is also applied to the bite of a mad dog; even if the wound has not been cauterised with a hot iron, and the bowels emptied with a clyster, the fish by itself is enough. Salted fish is also applied with vinegar to the wound given by the weever fish. The tunny too has the same property. The weever fish indeed, if itself, or the whole[b] of its brain, if applied to the poisoned wound caused by a blow of his own spine, makes a good remedy.

XVIII. A decoction of sea frogs[c] boiled down in wine and vinegar is drunk to counteract poisons, also that of the bramble toad and salamander; if the flesh of river frogs is eaten, or the broth drunk after boiling them down, it counteracts the poison of the sea-hare, of the snakes mentioned above, and of scorpions if wine is used in the preparation. Democritus indeed tells us that if the tongue, with no other flesh adhering, is extracted from a living frog, and after the frog has been set free into water, placed

[c] Angler-fish.

tationem mulieri dormienti, quaecumque interroga-
verit, vera responsuram. addunt etiamnum alia
Magi, quae si vera sint, multo utiliores vitae existu-
mentur ranae quam leges; namque harundine
transfixis a [1] natura per os si surculus in menstruis
50 defigatur a marito, adulterorum taedium fieri. carni-
bus earum vel [2] in hamum additis praecipue purpuras
adlici certum est. iocur ranae geminum esse dicunt
abicique formicis oportere; eam partem, quam
adpetant, contra venena omnia esse pro antidoto.
sunt quae in vepribus tantum vivunt, ob id rubetarum
nomine, ut diximus, quas Graeci φρύνους vocant,
grandissimae cunctarum, geminis veluti cornibus,
plenae veneficiorum. mira de iis certatim tradunt
51 auctores: inlatis in populum silentium fieri; ossiculo,
quod sit in dextro latere, in aquam ferventem deiecto
refrigerari vas nec postea fervere nisi exempto, id
inveniri abiecta rana formicis carnibusque erosis,
singula in oleum [3] addi; esse in sinistro latere quo
52 deiecto fervere videatur, apocynon vocari, canum
impetus eo cohiberi, amorem concitari et iurgia
addito in potionem, venerem adalligato stimulari,

[1] transfixis a B: transfixa *multi codd.*: transfixa a *Ianus.*
[2] *Ante* vel *addit* nassis *Sillig cum vet. Dal.*
[3] oleum *fere omnes codd.*: solium *Hermolaus Barbarus*: ollam *Ianus.*

---

[a] Something seems wrong with this sentence, which means, if literally translated, that frogs are pierced with a reed, and then the husband plants a shoot. There is no indication that the shoot is the same as the reed. Perhaps there is a lacuna after *os*; perhaps too the *transfixa* of most MSS. is correct, although such a use of *transfigor* ("a reed having been thrust") is rare.

[b] The addition of *nassis* is a better remedy than any other.

[c] See Book VIII. § 110. The word *rana* may be either "frog" or "toad."

over the beating heart of a sleeping woman, she will give true answers to all questions.

The Magi add also other details, and if there is any truth in them, frogs should be considered more beneficial than laws to the life of mankind. They say that if frogs are pierced [a] with a reed from the genitals through the mouth, and if the husband plants a shoot in his wife's menstrual discharge she conceives an aversion to adulterous lovers. It is certain that frogs' flesh placed ⟨in weels⟩ [b] or on a hook makes excellent bait for the purple-fish. It is said that the liver of a frog is double, and should be thrown in the way of ants: that the part the ants attack is an antidote for all poisons. Some frogs there are that live only in brambles, and so they are called bramble-toads, as I have said,[c] and by the Greeks φρῦνοι. These are the largest of all frogs, have as it were a pair of horns, and are full of poison. Our authorities vie with one another in relating marvellous stories about the toad: that when brought into a meeting of the people silence reigns; that if the little bone found in its right side is let fall into boiling water, the vessel cools, and does not afterwards boil unless the bone is taken out; that it is found when a frog has been thrown to ants and the flesh gnawed away; that one at a time these bones are put into oil; [d] that there is in a frog's left side a bone called "dog's bane," which dropped ⟨into oil⟩ gives the appearance of boiling; by it the attacks of dogs are repelled, and if it is put in drink love and quarrels [e] brought about; that worn as an amulet it acts as an aphrodisiac; that

[d] With the reading *solium*, "tub"; with *ollam*, "pot."

[e] Is there a zeugma here, "love aroused and quarrels settled." Perhaps read *conciliari*.

rursus e dextro latere refrigerari ferventia; hoc et
quartanas sanari adalligato in pellicula agnina recenti
aliasque febres, amorem inhiberi, ex isdem his ranis
lien contra venena, quae fiant ex ipsis, auxiliatur,
iocur vero etiam efficacius.

53 XIX. Est colubra in aqua vivens. huius adipem
et fel habentes qui crocodilos venentur mire adiuvari
dicunt, nihil contra belua audente, efficacius etiam-
num, si herba potamogiton misceatur. cancri fluvi-
atiles triti potique ex aqua recentes seu cinere adser-
vato contra venena omnia prosunt, privatim contra
scorpionum ictus cum lacte asinino, si non sit, caprino
aut quocumque; addi et vinum oportet. necant eos
54 triti cum ocimo admoti. eadem vis contra venena-
torum omnium morsus, privatim scytalen et angues
et contra leporem marinum ac ranam rubetam. cinis
eorum servatus prodest pavore potus periclitantibus
ex canis rabiosi morsu. quidam adiciunt gentianam
et dant in vino, et si iam pavor occupaverit, pastillos
55 vino subactos devorandos ita praecipiunt. decem
vero cancris cum ocimi manipulo adligatis omnes, qui
ibi sint, scorpiones ad eum locum coituros Magi
dicunt, et cum ocimo ipsos cineremve eorum per-
cussis inponunt. minus in omnibus his marini pro-
sunt. Thrasyllus auctor est nihil aeque adversari
serpentibus quam cancros; sues percussas[1] hoc
pabulo sibi mederi; cum sol sit in cancro, serpentes
56 torqueri. ictibus scorpionum carnes et fluviatilium

[1] percussas] percussos B.

---

[a] Pondweed; see *Index of Plants* in Vol. VII.

[b] A snake of equal thickness throughout. The word means a cylinder.

the bone again on the right side cools boiling liquids; that worn in fresh lamb's skin as an amulet this bone also cures quartan and other fevers, but love is restrained. The spleen of these frogs is also a remedy for the poisons that come from them, while their liver is even more efficacious.

XIX. There is a snake, a colubra, that lives in the water. It is said that, if they have its fat or gall on their persons, crocodile hunters are helped wonderfully, as the brute dares not attack it at all; it is still more efficacious when combined with the plant potamogiton.[a] Fresh river-crabs pounded and taken in water, or their ash preserved, are good for all poisons, being specific for scorpion stings, if taken with asses' milk, or failing that with goat's or any other milk; wine too should be added. Pounded with basil and applied to scorpions, river-crabs kill them. Their property avails also against the bites of all venomous creatures, being specific against the scytale,[b] snakes, sea-hare, and bramble toad. Their ash preserved is good for those threatened with hydrophobia from the bite of a mad dog. Some add gentian and administer in wine, and if hydrophobia has already set in, prescribe lozenges made with the ash and wine to be swallowed. The Magi indeed assert that if ten crabs with a handful of basil are tied together, all the scorpions of the district will collect to the spot, and to those wounded by scorpions they apply with basil either crabs themselves or else their ash. For all these purposes sea crabs are less efficacious. Thrasyllus avows that no antidote for snake bite is as good as crabs; that pigs, when bitten, cure themselves by taking crabs as food; and that when the sun is in Cancer snakes are in torture. The stings

coclearum resistunt crudae vel coctae. quidam ob id salsas quoque adservant. inponunt et plagis ipsis. coracini pisces Nilo quidem peculiares sunt, sed nos haec omnibus terris demonstramus. carnes eorum adversus scorpiones valent inpositae. inter venena piscium sunt porci marini spinae in dorso, cruciatu magno laesorum. remedio est limus ex liquore [1] piscium eorum corporis.

57 XX. Canis rabidi morsibus potum expavescentibus faciem perungunt adipe vituli marini, efficacius, si medulla hyaenae et oleum e lentisco et cera misceatur.[2] murenae morsus ipsarum capitis cinere
58 sanantur. et pastinaca contra suum ictum remedio est cinere suo ex aceto inlito vel alterius. cibi causa extrahi debet ex dorso eius quidquid croco simile est caputque totum; et haec [3] autem et omnia testacea modice collui [4] cibis, quia saporis gratia perit. e lepore marino veneficium restingunt poti hippocampi. contra dorycnium echini maxime prosunt, et iis, qui sucum carpathii biberint, praecipue e iure sumpti. et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur, peculiariter vero contra leporis marini venena.

59 XXI. Et ostrea adversantur isdem, nec potest videri satis dictum esse de iis, cum palma mensarum

[1] liquore *coni. Mayhoff* (reliquiis *in textu*): reliquo *aut* liquo *codd.*
[2] misceatur *codd.*: misceantur *vet. Dal., Mayhoff.*
[3] haec *Ianus*: hanc *codd., Mayhoff.*
[4] collui in *codd.*: colluunt *coni. Mayhoff, qui dativi* (cibis) *multa exempla dat.*

[a] Thorn-apple. See *Index of Plants* in Vol. VII.
[b] A narcotic plant.

of scorpions are counteracted also by the flesh of river snails, raw or cooked. Some too keep them for this purpose preserved in salt. They also apply them to the wounds themselves. Though the fish called coracini are peculiar to the Nile, I am giving this information for the benefit of all lands. Application of their flesh is good for scorpion stings. Among poisonous parts of fishes are the prickles on the back of the sea-pig, a wound from which causes severe torture. A remedy is the slime from the liquid part of the body of these fishes.

XX. When the bite of a mad dog causes a dread of drink they rub the face with the fat of a seal, with more effect if there are mixed with it the marrow of a hyaena, mastic oil, and wax. The bites of the murry are healed by the head of the murry itself, reduced to ash. For the wound of the sting-ray a remedy is the ash, of the same ray itself or of any other specimen, applied locally in vinegar. When the fish is used as food there should be taken from its back whatever is like saffron, and the whole head removed, while the ray, and all shell fish, when used as food, should not be over-washed, as to do so spoils the flavour. The poison of the sea-hare is counteracted by the sea-horse taken in drink. Sea-urchins are very good as an antidote to dorycnium,[a] as they are also for those who have drunk juice of carpathium,[b] especially if they are taken in their broth. Effective against dorycnium is also considered a decoction of sea-crab, and indeed specific for the poison of the sea-hare.

XXI. The same poisons are counteracted also by oysters. About these it cannot appear that enough has been said, seeing that they have long been con-

diu iam tribuatur illis. gaudent dulcibus aquis et
ubi plurumi influant[1] amnes; ideo pelagia parva et
rara sunt. gignuntur tamen et in petrosis carenti-
busque aquarum dulcium adventu, sicut circa Gry-
nium et Myrinam. grandescunt sideris quidem
ratione maxime, ut in natura aquatilium diximus, sed
privatim circa initia aestatis multo lacte praegnatia
60 atque ubi sol penetret in vada. haec videtur causa,
quare minora in alto reperiantur; opacitas cohibet
incrementum, et tristitia minus adpetunt cibos.
variantur coloribus, rufa Hispaniae, fusca Illyrico,
nigra et carne et testa Cerceis, praecipua vero haben-
tur in quacumque gente spissa nec saliva sua lubrica,
crassitudine potius spectanda quam latitudine, neque
in lutosis capta neque in harenosis, sed solido vado,
spondylo brevi atque non carnoso, nec fibris laciniosa
61 ac tota in alvo. addunt peritiores notam ambiente
purpureo crine fibras, eoque argumento generosa
interpretantur calliblephara ea[2] appellantes. gau-
dent et peregrinatione transferrique in ignotas aquas.
sic Brundisina in Averno compasta et suum retinere
sucum et a Lucrino adoptare creduntur.

62 Haec sint dicta de corpore; dicemus et de nationi-
bus, ne fraudentur gloria sua litora, sed dicemus

[1] influant *Mayhoff*: influunt *codd.*: *cf.* penetret *infra.*

[2] calliblephara ea *Ianus*: calliblepharata d: *varia ceteri codd.*

[a] See IX. § 96.

sidered the prize delicacy of our tables. Oysters love fresh water, and where there is an inflow from many rivers; wherefore deep-sea oysters are small and far between. They also breed, however, in rocky districts and places where no fresh water in comes, such as around Grynium and Myrina. Their growth corresponds very closely to the increase of the moon, as I said [a] when dealing with water-creatures, but they grow most about the beginning of summer, and where sunshine makes its way into shallows, for then they swell with copious, milky, juice. This appears to be the reason why oysters found in deep water are rather small; darkness hinders their growth, and their gloom robs them of appetite.

Oysters vary in colour; red in Spain they are tawny in Illyricum, and black, both flesh and shell, in Circeii. In every country, however, those are most prized that are compact, not greasy with their own slime, remarkable for thickness rather than breadth, taken from water neither muddy nor sandy, but from that with a hard bottom, those whose meat is short and not fleshy, those without fringed edges, and lying wholly in the hollow of the shell.

Experts add a mark of distinction: if a purple line encircle the beard, they consider such oysters to be of a nobler type, and call them "beautifully eyebrowed." Oysters like to travel and be moved into strange waters. And so oysters of Brundisium that have fed in Lake Avernus are believed to retain their own flavour as well as acquire that of the oysters of Lake Lucrinus.

So much for their bodies. I will now speak of the countries that breed oysters, lest the shores should be cheated of their proper fame; but I shall do so

aliena lingua quaeque peritissima huius censurae in nostro aevo fuit.[1] sunt ergo Muciani verba, quae subiciam: Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Brittannicis, suaviora Medullis, acriora Ephesis, pleniora Iliciensibus, sicciora Coryphantenis, teneriora Histricis, candidiora Cerceiensibus. sed his neque dulciora
63 neque teneriora ulla esse compertum est. in Indico mari Alexandri rerum auctores pedalia inveniri prodidere, nec non inter nos nepotis [2] cuiusdam nomenclatura tridacna appellavit, tantae amplitudinis intellegi cupiens, ut ter mordenda essent.

64 Dos eorum medica hoc in loco tota dicetur; stomachum unice reficiunt, fastidiis medentur, addiditque luxuria frigus obrutis nive, summa montium et maris ima miscens. emolliunt alvum leniter. eademque cocta cum mulso tenesmo, qui sine exulceratione sit, liberant. vesicarum ulcera quoque repurgant. cocta in conchis suis, uti clusa invenerint, mire destilla-
65 tionibus prosunt. testae ostreorum cinis uvam sedat et tonsillas admixto melle, eodem modo parotidas, panos mammarumque duritias, capitum ulcera ex aqua cutemque mulierum extendit; inspergitur et ambustis. et dentifricio placet. pruritibus quoque et eruptionibus pituitae ex aceto medetur. purpurae

[1] fuit *codd.*: fuerit *vel* fit *coni. Mayhoff.*
[2] nepotis] *Fröhner* Nepotis *coni.*

[a] A tax-free colony on the coast of Spain.
[b] There is a difference of opinion as to where the quotation ends. Some stop here, some at *Circeiensibus*, Jan at *essent.*
[c] With Fröhner's emendation "one Nepos."
[d] From τρὶς "thrice" and δάκνω "I bite."

in the words of another, one who was the greatest connoisseur of such matters in our time. These then are the words of Mucianus, which I will quote:—

Oysters of Cyzicus are larger than those of Lake Lucrinus, fresher than the British, sweeter than those of Medullae, sharper than the Ephesian, fuller than those of Ilici,[a] less slimy than those of Coryphas, softer than those of Histria, whiter than those of Circeii.

It is agreed, however, that none are fresher or softer than the last.[b] The writers of Alexander's expedition tell us that in the Indian sea are found oysters a foot long, and among ourselves a spendthrift[c] has invented the nickname *tridacna*,[d] wishing it to be used of oysters so large that they require three bites.

I shall give all their medical virtues at this point. Oysters are specific for settling the stomach, they restore lost appetite, and luxury has added coolness by burying them in snow, thus wedding the tops of the mountains to the bottom of the sea. They are a gentle laxative. They also, if boiled with honey wine, cure tenesmus if there is no ulceration. They also clean an ulcerated bladder. Boiled, unopened as gathered, in their shells, they are wonderfully good for streaming colds. Reduced to ash and mixed with honey oyster shells relieve troubles of the uvula and tonsils, similarly parotid swellings, superficial abscesses and indurations of the breasts. Applied with water the ash cures sores on the head and smooths the skin of women. It is sprinkled on burns and is popular as a dentifrice. Applied also with vinegar it cures itch and eruptions of phlegm. The purple-fish too is a good antidote to poisons.

quoque contra venena prosunt. crudae si tundantur, strumas sanant et perniones pedum.

66 XXII. Et algam maris theriacen esse Nicander tradit. plura eius genera, ut diximus, longo folio et rubente, latiore alia vel crispo. laudatissima quae in Creta insula iuxta terram in petris nascitur, tinguendis etiam lanis, ita colorem alligans, ut elui postea non possit. e vino iubet eam dari.

67 XXIII. Alopecias replet hippocampi cinis nitro et adipe suillo mixtus aut sincerus ex aceto, praeparat autem saepiarum crustae farina medicamentis cutem; replet et muris marini cinis cum oleo, item echini cum carnibus suis cremati, fel scorpionis marini, ranarum quoque trium, si vivae in olla concrementur, cinis cum melle, melius cum pice liquida. capillum denigrant sanguisugae, quae in vino nigro diebus xxxx com-
68 putuere. alii in aceti sextariis duobus sanguisugarum sextarium in vase plumbeo putrescere iubent totidem diebus, mox inlini in sole. Sornatius tantam vim hanc tradit, ut, nisi oleum ore contineant qui tinguent, dentes quoque *suco* [1] earum denigrari dicat. Capitis ulceribus muricum vel purpurarum testae cinis cum melle utiliter inlinitur, conchyliorum vel, si non uratur, farina ex aqua, doloribus castoreum cum peucedano et rosaceo.

[1] *Post* quoque *add.* suco *Mayhoff.*

[a] See *Theriaca* 845.
[b] Book XXVI. § 103.
[c] Or, "close to dry land."

Beaten up raw, oysters cure scrofulous sores and chilblains on the feet.

XXII. Seaweed too is said by Nicander [a] to be an antidote. There are many kinds of it, as I have said: [b] one with a long, red leaf, another with a broader leaf, and a third with a curly one. The most prized is the one growing near the ground [c] in the island of Crete among the rocks, for this dyes even wool with a colour so fixed that it cannot be washed out afterwards. Nicander recommends it to be given in wine.

XXIII. Hair lost through mange is restored by ashes of the sea-horse, either mixed with soda and pig's lard, or else by itself in vinegar; the skin however must be prepared for medicaments by the rind of the sepia cuttle-fish ground to powder. It is restored also by the ash of the sea-mouse with oil, by that of the sea-urchin burnt with its flesh, by the gall of the sea-scorpion, also by the ash of three frogs with honey, better with liquid pitch, but the frogs must be burnt together alive in a jar. Leeches blacken the hair if they have rotted for forty days in a red wine. Others recommend that for the same number of days a sextarius of leeches be allowed to rot in a leaden vessel containing two sextarii of vinegar, and that then they should be applied in the sun. Sornatius tells us that they have such power that unless those who are going to dye keep oil in the mouth, the extract from the leeches blackens the teeth as well. To sores on the head are applied with honey beneficially shells of murex or purple-fish, reduced to ash; those of any shell-fish, ground to powder if not burned, and applied in water, are also beneficial. For headache use beaver-oil with peucedanum and rose-oil.

69 XXIV. Omnium piscium fluviatilium marinorum-
que adipes liquefacti sole admixto melle oculorum
claritati plurimum conferunt, item castoreum cum
melle. callionymi fel cicatrices sanat et carnes
oculorum supervacuas consumit. nulli hoc piscium
copiosius, ut existumavit Menander quoque in comoe-
ediis. idem piscis et uranoscopos vocatur ab oculo,
70 quem in capite habet. et coracini fel excitat visum,
et marini scorpionis rufi cum oleo vetere aut melle
Attico incipientes suffusiones discutit; inungui ter
oportet intermissis diebus. eadem ratio albugines
oculorum tollit. mullorum cibo aciem oculorum
hebetari tradunt. lepus marinus ipse quidem vene-
natus est, sed cinis eius in palpebris pilos inutiles
evolsos cohibet. ad hunc usum utilissimi minimi,
item pectunculi salsi triti cum cedria, ranae, quas
diopetas et calamitas vocant; earum sanguis cum
71 lacrima vitis evolso pilo palpebris inlinatur. tumorem
oculorum ruboremque saepiae cortex cum lacte
mulieris inlitus sedat et per se scabritias emendat;
invertunt ita genas et medicamentum auferunt post
paulum rosaceoque inungunt et pane inposito miti-
gant. eodem cortice et nyctalopes curantur, in
farinam trito ex aceto inlito. extrahit et squamas
72 eius cinis. cicatrices oculorum cum melle sanat,
pterygia cum sale et cadmia singulis drachmis,
emendat et albugines iumentorum. aiunt et ossiculo
eius genas, si terantur, sanari. echini ex aceto

[a] In Aelian XIII. 4; Meineke IV. p. 79.

[b] I.e. "stargazer."

[c] I.e. "fallen from Jupiter." [d] The "green-frog."

XXIV. Of all fish, river or sea, the fats, melted in the sun and mixed with honey, are very good for clearness of vision, and so is beaver oil and honey. The gall of the star-gazer heals scars, and removes superfluous flesh about the eyes. No other fish has a greater abundance of gall; this opinion, Menander[a] too expresses in his comedies. This fish is also called uranoscopos,[b] from the eye which it has in its head. The gall of the coracinus too improves vision, and that of the red sea-scorpion with old oil and Attic honey disperses incipient cataract; it should be applied as ointment three times, once every other day. The same treatment removes albugo from the eyes. A diet of mullet is said to dull the eye-sight. Though the sea-hare itself is poisonous, yet reduced to ash it prevents from growing again superfluous hair on the eyelids that has been plucked out. For this purpose the most useful specimens are the smallest; also small scallops, salted and pounded with cedar rezin, frogs called *diopetae* [c] or *calamitae*; [d] their blood, with vine tear-gum, should be rubbed on the lids after plucking out the hair. Swellings and redness of the eyes are soothed by an application of sepia bone with woman's milk, and by itself it is good for roughness of the lids. In this cure they turn up the lids, taking off the ointment after a little time, treat the part with rose-oil and soothe with a bread-poultice. The bone is also good treatment for night-blindness, if ground to powder and applied in vinegar. Reduced to ash it brings away scales; with honey it heals scars on the eyes; with salt and cadmia, a drachma of each, it heals inflammatory swellings, and also albugo in cattle. They say that eyelids, if rubbed by its small bone, are healed. Urchins in vinegar remove night

epinyctidas tollunt. eundem comburi cum viperinis
pellibus ranisque et cinerem aspergi potionibus
73 iubent Magi, claritatem visus promittentes. ich-
thyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium.
idem nomen glutino eius; hoc epinyctidas tollit.
quidam ex ventre, non e corio, fieri dicunt ichthyo-
collam, ut glutinum taurinum. laudatur Pontica,
candida et carens venis squamisque et quae celerrime
liquescit. madescere autem debet concisa in aqua
aut aceto nocte ac die, mox tundi marinis lapidibus,
ut facilius liquescat. utilem eam et capitis doloribus
74 adfirmant et tetanis. ranae dexter oculus dextri,
sinister laevi, suspensi e collo nativi coloris panno
lippitudines sanant; quod si per coitum lunae eruan-
tur, albuginem quoque, adalligati, similiter in puta-
mine ovi. reliquae carnes inpositae suggillationem
rapiunt. cancri etiam oculos adalligatos collo mederi
75 lippitudini dicunt. est parva rana in harundinetis et
herbis maxime vivens, muta ac sine voce, viridis, si
forte hauriatur, ventres boum distendens. huius
corporis umorem derasum specillis claritatem oculis
inunctis narrant adferre. et ipsas carnes doloribus
oculorum superponunt. ranas xv coiectas in fictile
novum iuncis configunt quidam sucoque earum, qui
ita effluxerit, admiscent vitis albae lacrimam atque
ita palpebras emendant, inutilibus pilis exemptis acu

[a] The fish is our sturgeon, and its glue is isinglass.

rashes. The Magi recommend the same to be burnt with vipers' skins and frogs, and the ash to be sprinkled into drinks; they assure us that clearer vision will result. Ichthyocolla [a] is the name of a fish that has a sticky skin; the same name is given to the glue of the fish; this disperses night rashes. Some say that ichthyocolla is made from the belly and not from the skin, just as is bull glue. Pontic ichthyocolla is popular, being white, free from veins and scales, and melting very quickly. It ought, however, to be cut up and soaked in water or vinegar for a night and a day, and then to be pounded by sea-pebbles, to make it melt more readily. They assure us that it is useful both for headache and for all tetanus. The right eye of a frog hung round the neck in a piece of undyed cloth cures ophthalmia in the right eye; the left eye similarly tied cures ophthalmia in the left. But if the frog's eyes are gouged out when the moon is in conjunction, and worn similarly by the patient, enclosed in an egg-shell, it will also cure albugo. The rest of the flesh, if applied, quickly takes away bruises. An amulet of crabs' eyes also, worn on the neck, are said to cure ophthalmia. There is a small frog, found living especially in reedbeds and grasses, deaf, without a croak, and green, which, if it by chance is swallowed, swells up the bellies of oxen. They say that the fluid of its body, scraped off with a spatula and applied to the eyes, improves vision. The flesh by itself is placed over painful eyes. Some put together into a new earthen jar fifteen frogs, piercing them with rushes; to the fluid that thus exudes they add the gum of the white vine, and so treat eyelids; superfluous hairs are plucked out, and the mixture dropped with a needle

installantes hunc sucum in vestigia evolsorum.
76 Meges psilotrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putrescentes et ad hoc utebatur multis variisque per aquationes autumni nascentibus. idem praestare sanguisugarum cinis ex aceto inlitus putatur—comburi eas oportet in novo vaso—idem thynni iocur siccatum pondere X IIII cum oleo cedrino perunctis pilis novem mensibus.

77 XXV. Auribus utilissimum batiae piscis fel recens, sed et inveteratum vino,[1] item bacchi, quem quidam mizyenem [2] vocant, item callionymi cum rosaceo infusam vel castoreum cum papaveris suco. vocant et in mari peduculos eosque tritos instillari ex aceto auribus iubent. et per se [3] et conchylio infecta lana magnopere prodest; quidam aceto et nitro made-
78 faciunt. sunt qui praecipue contra omnia aurium vitia laudent gari excellentis cyathum, mellis dimidio amplius, aceti cyathum in calice novo leni pruna decoquere subinde spuma pinnis detersa et, postquam desierit spumare, tepidum infundere. si tumeant aures, coriandri suco prius mitigandas iidem praecipiunt. ranarum adips instillatus statim dolores tollit. cancrorum fluviatilium sucus cum farina hordeacea aurium volneribus efficacissime prodest. parotides muricum testae cinere cum melle vel conchyliorum ex mulso curantur.

[1] vino *codd.*: nitro *Mayhoff, qui XXXI,* 111 (117) *confert.*
[2] mizyenem B, *Detlefsen, Mayhoff*: *varia codd.*
[3] ex per se *codd.*: operire *coni. Mayhoff ex Marcello.*

into the holes made by the plucked-out hairs. Meges used to make a depilatory for the eyelids by killing frogs in vinegar and letting them putrefy; for this purpose he used the many spotted frogs that breed in the autumn rains. The same effect is thought to be produced by leeches reduced to ash and applied in vinegar; they must be burnt in a new vessel. The same effects too by the dried liver of a tunny, in doses of four denarii added to cedar oil and applied to the hairs for nine months.

XXV. Most beneficial to the ears is the fresh gall of the skate, but also when preserved in wine, the gall of grey mullet, which some call mizyene, and also that of the star-gazer with rose-oil poured into the ears, or beaver oil poured into the ears with poppy juice. There is a creature called the sea-louse, and they recommend sea-lice to be crushed and dropped into the ears in vinegar. Wool, both by itself and dyed with the purple fish, is very good for ear troubles; some moisten it with vinegar and soda. Some there are who recommend as a sovereign remedy for all ear troubles a cyathus of first-grade garum, half as much again honey, with a cyathus of vinegar, to be boiled down in a new cup over a slow fire, every now and then wiping away the froth with feathers, and when the mixture has ceased to froth, to pour it into the ears when tepid. Should the ears be swollen, the same authorities prescribe that the swellings should be first reduced with juice of coriander. Frog fat dropped into the ears immediately takes away pains. The juice of river crabs with barley flour is most beneficial for wounds of the ears. The ash of murex shell with honey, or that of other shell-fish in honey wine, is good treatment for parotid swellings.

79 XXVI. Dentium dolores sedantur ossibus draconis marini scariphatis gingivis, cerebro caniculae in oleo decocto adservatoque, ut ex eo dentes semel anno colluantur. pastinacae quoque radio scariphari gingivas in dolore utilissimum contritus. is et cum helleboro albo inlitus dentes sine vexatione extrahit. salsamentorum etiam ⟨in⟩ [1] fictili vase combustorum
80 cinis addita farina marmoris inter remedia est. et cybia vetera eluta in novo vase, dein trita prosunt doloribus. aeque prodesse dicuntur omnium salsamentorum spinae combustae tritaeque et inlitae. decocuntur et ranae singulae in aceti heminis, ut dentes ita colluantur contineaturque in ore sucus. si fastidium obstaret, suspendebat pedibus posterioribus eas Sallustius Dionysius, ut ex ore virus deflueret in acetum fervens, idque e pluribus ranis; fortioribus stomachis ex iure mandendas dabat. maxillaresque ita sanari praecipue dentes putant, mobiles vero
81 supra dicto aceto stabiliri. ad hoc quidam ranarum corpora binarum praecisis pedibus in vini hemina macerant et ita collui dentium labantes iubent. aliqui totas adalligant maxillis. alii denas in sextariis tribus aceti decoxere ad tertias partes, ut mobiles dentium stabilirent. nec non XLVI [2] ranarum corda in olei veteris sextario sub aereo testo discoxere, ut infunderent per aurem dolentis maxillae. alii iocur ranae decoctum et tritum cum melle inposuere denti-

[1] in *post* etiam *add.* Mayhoff.
[2] XLVI B, *Sillig*: XXXVI *ceteri codd.*

XXVI. Toothache is relieved by scraping the gums with the bones of the weever fish, or by the brain of a dog-fish boiled down in oil and kept, so that the teeth may be washed with it once every year. To scrape the gums too with the ray of the sting-ray is very beneficial for toothache. This ray if pounded and applied with white hellebore brings out teeth without any distress. Salted fish also, reduced to ash in an earthen vessel and mixed with powdered marble, is another remedy. Old slices of tunny rinsed in a new vessel and then beaten up, are good for toothaches. Equally good are said to be the backbones of any salted fish, burnt, pounded, and applied. A single frog is boiled down in one hemina of vinegar, so that the teeth may be rinsed with the juice, which should be held in the mouth. Should the nasty taste be an objection, Sallustius Dionysius used to hang frogs by their hind legs so that the fluid from their mouths might drop into boiling vinegar, and that from several frogs. For stronger stomachs he prescribed the frogs themselves, to be eaten with their broth. It is thought that double teeth yield best to this treatment, when loose indeed the vinegar spoken of above is thought to make them firm. For this purpose some cut off the feet of two frogs and soak the bodies in a hemina of wine, and recommend loose teeth to be rinsed with the liquid. Some tie whole frogs on the jaws as an amulet; others have boiled down ten frogs in three sextarii of vinegar to one third the volume, in order to strengthen loose teeth. Furthermore they have boiled the hearts of 46 frogs under a copper vessel in one sextarius of old oil, to be poured into the ear on the side of the aching jaw. Others have boiled the liver of a frog, beaten

82 bus. omnia supra scripta ex marina efficaciora. si cariosi et faetidi sint, cetum in furno arefieri per noctem praecipiunt, postea tantundem salis addi atque ita fricari. enhydris vocatur a Graecis colubra in aqua vivens. huius quattuor dentibus superioribus in dolore superiorum gingivas scariphant, inferiorum inferioribus; aliqui canino tantum earum contenti sunt. utuntur et cancrorum cinere, nam muricum cinis dentifricium est.

83 XXVII. Lichenas et lepras tollit adips vituli marini, menarum cinis cum mellis obolis ternis, iocur pastinacae in oleo coctum, hippocampi aut delphini [1] cinis ex aqua inlitus. exulcerationem sequi debet curatio, quae perducit ad cicatricem. quidam delphini in fictili torrent, donec pinguitudo similis oleo
84 fluat; hac [2] perungunt. muricum vel conchyliorum testae cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle inlitus cutemque erugat et extendit septenis diebus inlitus ita, ut octavo candido ovorum foveantur. muricum generis sunt quae vocant Graeci coluthia, alii coryphia, turbinata aeque, sed minora, multo efficaciora, etiam oris halitum custodientia. ichthyocolla erugat cutem extenditque in aqua decocta horis quattuor, dein contusa et subacta
85 ad liquorem usque mellis. ita praeparata in vase novo conditur et in usu quattuor drachmis eius

[1] delphini *Mayhoff*: delphinū B²dT: delphini iecur *vulg.*
[2] hac *Mayhoff*: ac *fere omnes codd.*

[a] Apparently *pinguitudinem* is to be understood with *delphini*.

it up with honey, and placed it on the teeth. All the above prescriptions are more efficacious if the sea frog is used. If the teeth are decayed and foul, they recommend whale's flesh to be dried for a night in a furnace, and then the same amount of salt to be added and the whole to be used as a dentifrice. The enhydris is a snake so-called by the Greeks and living in water. With four upper teeth of this creature they scrape the upper gums, when there is aching of the upper teeth, and with four lower teeth the lower gums when there is aching in the lower teeth. Some are content to use the canine tooth only of these creatures. They also use the ash of crabs, but the ash of the murex makes a dentifrice.

XXVII. Lichens and leprous sores are removed by the fat of the seal, the ash of *menae* with three oboli of honey, the liver of the sting-ray boiled in oil, or the ash of the sea-horse or dolphin applied with water. Ulceration should be followed by treatment, which results in a scar. Some roast dolphin fat [a] in an earthen jar until it flows like oil; this they use as ointment. The shell of murex or other shell-fish reduced to ash clears spots from the faces of women, remove wrinkles, and fill out the skin, if applied with honey for seven days, but on the eighth day there should be fomentation with white of egg. To the class murex belong the shell-fish called by the Greeks *coluthia*, by others *coryphia*, equally conical but smaller and much more efficacious, and they also keep the breath sweet. Fish-glue removes wrinkles and fills out the skin; prepared by boiling down in water for four hours and then kneading until liquid like honey. After being thus prepared it is stored away in a new vessel, and when used four drachmae

binae sulpuris et anchusae totidem, octo spumae argenteae adduntur aspersaque aqua teruntur una. sic inlita facies post quattuor horas abluitur. medetur et lentigini ceterisque vitiis ex ossibus saepiarum cinis. idem et carnes excrescentes tollit et umida ulcera. psoras tollit rana decocta in heminis quinque aquae marinae; excoqui debet, donec sit lentitudo
86 mellis. Fit in mari alcyoneum appellatum, e nidis, ut aliqui existumant, alcyonum et ceycum, ut alii, sordibus spumarum crassescentibus, alii e limo vel quadam maris languine. quattuor eius genera: cinereum, spissum, odoris asperi, alterum molle, lenius odore et fere algae, tertium[1] candidioris vermiculi, quartum pumicosius, spongeae putri simile.
87 paene purpureum quod optimum; hoc et Milesium vocatur. quo candidius autem, hoc minus probabile est. vis eorum ut exulcerent, purgent. usus tostis[2] et sine oleo. mire lepras, lichenas, lentigines tollunt cum lupino et sulpuris duobus obolis. alcyoneo utuntur et ad oculorum cicatrices. Andreas ad lepras cancri cinere cum oleo usus est, Attalus thynni adipe recenti.

88 XXVIII. Oris ulcera menarum muria et capitum cinis cum melle sanat. strumas pungi piscis eius, qui rana marina appellatur, ossiculo e cauda ita, ut non volneret, prodest. faciendum id cotidie, donec per-

[1] *Post* tertium *velit* formā *supplere Mayhoff.*
[2] tostis] *an* lotis? *Mayhoff.*

[a] *Exulcerare* may mean "to clear away ulcers."
[b] Mayhoff suggests "washed."

of it, two of sulphur, two of alkanet, eight of litharge, are mixed, sprinkled with water, and pounded together. Applied to the face this mixture is washed off after four hours. Freckles too and the other facial affections are treated by the calcined bones of cuttle-fish; they also remove excrescences of flesh and running sores. Itch-scab is removed by the decoction of a frog in five heminae of sea-water; the boiling should continue until the consistency is that of honey. In the sea is found a substance called alcyoneum, some think out of the nests of the alcyon and the ceyx, others out of clotted sea-foam, others from the slime of the sea or from what might be called its down. There are four kinds of it: the first is ash-coloured, compact, and of a pungent smell; the second is milder in smell, which is almost that of sea-weed; the third is in shape like a whitish grub; the fourth is rather like pumice, resembling rotten sponge. The best is almost purple, and is also called Milesian. The whiter alcyoneum is the less valuable it is. The property of alcyoneum is to ulcerate [a] and to cleanse. When used it is parched,[b] and applied without oil. With lupins and two oboli of sulphur it removes wonderfully well leprous sores, lichens, and freckles. It is also used for scars on the eyes. Andreas used for leprous sores crabs reduced to ash and applied with oil, Attalus the fresh fat of the tunny.

XXVIII. Ulcers in the mouth are healed by the brine of menae, and by their heads reduced to ash and applied with honey. For scrofulous sores it is good to prick them, but not causing a wound, with the little bone from the tail of the fish called the sea-frog. This should be done daily, until the cure is

curentur. eadem vis est pastinacae radio et lepori marino inposito ita, ut celeriter removeatur, echini testis contusis et ex aceto inlitis, item scolopendrae marinae e melle, cancro fluviatili contrito vel combusto ex melle. mirifice prosunt et saepiae ossa cum
89 axungia vetere contusa et inlita. sic et ad parotidas utuntur, et sauri piscis marini iocineribus, quin et testis cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere, muricum cinere ex oleo ad parotidas strumasque. rigor cervicis mollitur et marinis, qui pediculi vocantur, drachma pota, castoreo poto cum pipere ex mulso mixto, ranis decoctis ex oleo et sale, ut sorbeatur sucus. sic et opisthotono medentur et tetano,
90 spasticis vero pipere adiecto. Anginas menarum salsarum e capitibus cinis ex melle inlitus abolet, ranarum decoctarum aceto sucus; hic et contra tonsillas prodest. cancri fluviatiles triti singuli in hemina aquae anginis medentur gargarizati, aut e vino et calida aqua poti. uvae medetur garum coclearibus subditum. vocem siluri recentes salsive in cibo sumpti adiuvant.

91 XXIX. Vomitiones mulli inveterati tritique in potione concitant. Suspiriosis castorea cum Hammoniaci exigua portione ex aceto mulso ieiunis utilissima potu. eadem potio spasmos stomachi sedat ex

complete. The same property is possessed by the sting of the sting-ray and by the sea-hare, but the application must be quickly removed, with the shells of the urchin crushed and applied in vinegar, by the sea-scolopendra too applied in honey, and by river-crabs, crushed or burnt and applied in honey. Wonderfully good too are the bones of cuttle-fish crushed with old axle-grease and applied. The same prescription is used for parotid swellings as well, as is the liver of the horse-mackerel, and even the crushed pieces of a jar in which fish have been salted, applied with old axle-grease; the ash of the murex is applied with oil for parotid swellings and scrofulous sores.

A stiff neck is softened by what are called sea-lice, the dose being a drachma taken in drink, by beaver oil mixed with pepper and taken in honey-wine, and by frogs boiled down in oil and salt for the liquor to be swallowed. This prescription is treatment for opisthotonus and tetanus. For spasms, however, pepper is added. Quinsy is cured by an application in honey of the heads of salted menae, and by the liquor of frogs boiled down in vinegar, which last is also good for diseased tonsils. River crabs pounded one by one in a hemina of water make a healing gargle for quinsy, or they may be taken in wine and warm water. Garum, placed beneath the uvula with a spoon, is good treatment for it. Fresh or salted silurus taken as food improve the voice.

XXIX. Red mullet, preserved, crushed and taken in drink, is an emetic. For asthma is very beneficial beaver oil taken fasting in oxymel with a small quantity of sal ammoniac. This draught also calms stomach spasms when taken in warm oxymel. A

92 accto mulso caldo. Tussim sanare dicuntur piscium modo e iure decoctae in patinis ranae. suspensae autem pedibus, cum destillaverit in patinas saliva earum, exinterari iubentur abiectisque interaneis condiri. est rana parva arborem scandens atque ex ea vociferans; in huius os si quis expuat ipsamque dimittat, tussi liberari narratur. praecipiunt et cocleae crudae carnem tritam bibere ex aqua calda in tussi cruenta.

93 XXX. Iocineris doloribus . . . scorpio marinus in vino necatus, ut inde bibatur, conchae longae carnes ex mulso potae cum aquae pari modo aut, si febres sint, ex aqua mulsa. Lateris dolores leniunt hippocampi tosti sumpti tetheaque similis ostreo in cibo sumpta, ischiadicorum muria siluri clystere infusa. dantur autem conchae ternis obolis dilutis in vini sextariis duobus per dies xv.

94 XXXI. Alvum emollit silurus e iure et torpedo in cibo et olus marinum simile sativo—stomacho inimicum alvum facillime purgat, sed propter acrimoniam cum pingui carne coquitur—et omnium piscium ius. idem et urinas ciet, e vino maxime. optimum e scorpionibus et iulide et saxatilibus nec virus resipientibus nec pinguibus. coci debent cum aneto,
95 apio, coriandro, porro, additis oleo, sale. purgant et cybia vetera, privatimque cruditates, pituitas, bilem trahunt.

[a] In taste? *Tethea* is a sea-squirt.

cough is said to be cured by frogs boiled down in a pan as are fish in their own liquor. A prescription is: the frogs to be hung up by the feet, their saliva allowed to drip into a pan, and then, after being gutted, they are preserved after the entrails have been cast aside. There is a small frog that climbs trees and croaks loudly out of them. If a person with a cough spits into the mouth of one of these and lets it go, he is said to be cured of the complaint. For a cough with spitting of blood is prescribed the raw flesh of a snail beaten up and taken in warm water.

XXX. For liver pains are good: . . . a sea scorpion drowned in wine, so that the liquor may be drunk, or the flesh of the long mussel taken in honey wine with an equal quantity of water, or if there is fever in hydromel. Pains in the side are relieved by eating the flesh of the sea-horse roasted, or the tethea, which resembles [a] the oyster, taken in the food; sciatica is relieved by the brine of the silurus, injected as an enema. Mussels too are given for fifteen days in doses of three oboli soaked in two sextarii of wine.

XXXI. The bowels are relaxed by the silurus, taken with its broth, by the torpedo, taken in food, by the sea-cabbage, which is like the cultivated kind —it is bad for the stomach but readily purges the bowels, and owing to its pungency is boiled with fat meat—and by the liquor of any boiled fish; the last is also diuretic, especially when taken in wine. The best is from the sea-scorpion, the wrasse, and the rock-fish, which are neither of a rank taste nor fatty. They should be boiled with dill, parsley, coriander, leeks, and with oil added and salt. Purgative too is stale tunny sliced, and it is specific for bringing away undigested food, phlegm and bile.

Purgant et myaces, quorum natura tota in hoc loco dicetur. acervantur muricum modo vivuntque in algosis, gratissimi autumno et ubi multa dulcis aqua miscetur mari, ob id in Aegypto laudatissimi. procedente hieme amaritudinem trahunt coloremque
96 rubrum. horum ius traditur alvum et vesicas exinanire, interanea destringere, omnia adaperire, renes purgare, sanguinem adipemque minuere. itaque utilissimi sunt hydropicis, mulierum purgationibus, morbo regio, articulario, inflationibus, item obesis, fellis pituitae,[1] pulmonis, iocineris, lienis vitiis, rheumatismis. fauces tantum vexant vocemque
97 obtundunt. ulcera, quae serpant aut sint purganda, sanant, item carcinomata cremati ut murices; et morsus canum hominumque cum melle, lepras, lentigines. cinis eorum lotus emendat caligines, scabritias, albugines, gingivarum et dentium vitia, eruptiones pituitae; et contra dorycnium aut opo-
98 carpathum antidoti vicem optinent. degenerant in duas species: mitulos, qui salem virusque resipiunt, myiscas quae rotunditate differunt, minores aliquanto atique hirtae, tenuioribus testis, carne dulciores. mituli quoque ut murices cinere causticam vim habent et ad lepras, lentigines, maculas. lavantur [2] quoque plumbi modo ad genarum crassitudines et oculorum albugines caliginesque atque in aliis partibus sordida ulcera capitisque pusulas. carnes eorum ad canis morsus inponuntur.

99 At pelorides emolliunt alvum, item castorea in

[1] pituitae *multi codd.*: pituitaeque B: pituitae quoque *Mayhoff*: *an* felli?

[2] lavantur] lavatur *coni. Mayhoff.*

[a] With Mayhoff's conjecture (probably correct) " the ash is washed."

The myax also is purgative, and in this place shall be set forth all its characteristics. These animals form clusters, as does the murex, and live where sea-weed lies thick, for which reason they are most delicious in autumn, and from regions where much fresh water mingles with salt, for which reason it is in Egypt that they are most esteemed. As the winter advances, they contract a bitter taste, and a red colour. Their liquor is said to be a thorough purge of belly and bladder, cleanses the intestines, is a universal aperient, purges the kidneys, and reduces blood and fat. Hence these shell-fish are very beneficial for dropsy, menstruation, jaundice, diseases of the joints, flatulence, obesity also, bilious phlegm, affections of lungs, liver, and spleen, and for catarrhs, Their only drawback is that they harm the throat and obstruct the voice. Ulcers that are creeping or need cleansing they heal, and also, if burnt as is the murex, malignant growths. With honey added they heal the bites of dogs and men, leprous sores, and freckles. Their ash, washed, is good for dim vision, roughness and white ulcers of the eyes, affections of the gums and teeth and outbursts of phlegm. Against dorycnium and opocarpathum they serve as an antidote. There are two inferior kinds: the mitulus, with a salty, strong taste; the myisca, different in its roundness, rather smaller and hairy, with thinner shell and sweeter flesh. The mitulus too like the murex has a caustic ash good for leprous sores, freckles, and spots. They are washed [a] also as is lead for thick eye-lids, white ulcers, dim vision, dirty ulcers in other parts, and pustules on the head. Their flesh makes an application for dog bites.

But clams relax the bowels, as does beaver oil in

aqua mulsa drachmis binis. qui vehementius volunt uti, addunt cucumeris sativi radicis siccae drachmam et ephronitri duas tethea, torminibus et inflationibus occurrunt. inveniuntur haec in foliis maris sugentia, fungorum verius generis quam piscium. eadem et
100 tenesmum dissolvunt reniumque vitia. nascitur et in mari apsinthium, quod aliqui seriphum vocant, circa Taposirum maxime Aegypti, exilius terrestri. alvum solvit et noxiis animalibus intestina liberat—solvunt
101 et saepiae—; in cibo datur cum oleo et sale et farina coctum. menae salsae cum felle taurino inlitae umbilico alvum solvunt. piscium ius in patina coctorum cum lactucis tenesmum discutit. cancri fluviatiles triti et ex aqua poti alvum sistunt, urinam cient in vino albo. ademptis bracchiis calculos pellunt tribus obolis cum murra et iride singulis earum drachmis, ileos et inflationes castorea cum dauci semine et petroselino quantum ternis digitis sumatur, ex mulsi calidi cyathis IIII, tormina vero cum aneto ex vino mixto. erythini in cibo sumpti sistunt alvum. dysentericis medentur ranae cum scilla decoctae ita, ut pastilli fiant, vel cor earum cum melle tritum, ut tradit Niceratus, morbo regio salsamentum cum pipere ita, ut reliqua carne abstineatur.

102 XXXII. Lieni medetur solea piscis inpositus, item torpedo, item rhombus; vivus dein remittitur in mare. scorpio marinus necatus in vino vesicae vitia et cal-

hydromel, the dose being two drachmae. Those who wish to use a more drastic laxative add a drachma of dried root of cultivated cucumber and two drachmae of saltpetre. Tethea cures griping and flatulence. It is found as a parasite on sea plants, more a kind of fungus rather than a fish. They also cure tenesmus and affections of the kidneys. There also grows in the sea apsinthium, which some call seriphum, found chiefly around Taposiris in Egypt, and is more slender than the land variety. It relaxes the bowels and brings away harmful creatures from the intestines. The cuttle-fish too is laxative. The apsinthium is given in food, being boiled with oil, salt, and flour. Salted menae applied to the navel with bull's gall relax the bowels. The liquor of fish boiled in a pan with lettuce cures tenesmus. River crabs beaten up and taken in water are constipating but diuretic in a white wine. If their legs are taken off they bring away stone, the dose being three oboli with a drachma each of myrrh and iris; iliac colic and flatulence are cured by beaver oil with daucus seed and of rock parsley as much as can be picked up in three fingers, taken in four cyathi of warm honey-wine; while for griping it should be taken with a mixture of dill and wine. The erythinus taken in food is constipating. Dysentery can be treated by frogs boiled with squills to make lozenges, or by their heart beaten up with honey, as Niceratus prescribes, jaundice by salted fish with pepper, but the patient must abstain from all other meat.

XXXII. Splenic trouble is treated by the application of the fish sole, of the torpedo, or of the turbot, but the fish is then put back living into the sea. Bladder troubles and stone are cured by the

culos sanat, lapis, qui invenitur in scorpionis marini cauda, pondere oboli potus, enhydridis iecur, blendiorum cinis cum ruta. inveniuntur et in bacchi piscis capite ceu lapilli; hi poti ex aqua calculosis praeclare medentur. aiunt et urticam marinam in vino potam prodesse, item pulmonem marinum decoctum in aqua.
103 ova saepiae urinam movent reniumque pituitas extrahunt. rupta, convolsa cancri fluviatiles triti in asinino maxime lacte sanant, echini vero cum spinis suis contusi et e vino poti calculos—modus singulis hemina; bibitur, donec prosit—et alias in cibis ad hoc proficiunt. purgatur vesica et pectinum cibo. ex iis mares alii δόνακας vocant, alii αὐλούς, feminas ὄνυχας. urinam mares movent. dulciores feminae sunt et unicolores. [saepiae quoque ova urinam movent et renes purgant].[1]

104 XXXIII. Enterocelicis lepus marinus inlinitur tritus cum melle. iecur aquaticae colubrae, item hydri tritum potumque calculosis prodest. ischiadicos liberant salsamenta e siluro infusa clysterio, evacuata prius alvo. sedis attritus cinis e capite mugilum et mullorum; comburuntur autem in fictili vase,
105 inlini cum melle debent. item capitis menarum cinis et ad rhagadas et ad condylomata utilis, sicut pelamy-

[1] *Uncos addunt Hard., Mayhoff.*

sea scorpion killed in wine, by the stone which is found in the tail of the sea-scorpion, the dose being an obolus, taken in drink, by the liver of the enhydris, and by the ash of the blenny with rue. There are found too in the head of the fish bacchus as it were pebbles; these taken in water are excellent treatment for stone. It is said that the sea-nettle taken in wine is also good for it, and likewise the pulmo marinus boiled down in water. The eggs of the cuttle-fish are diuretic and bring away phlegms from the kidneys. Ruptures and sprains are healed by river-crabs beaten up in milk, by preference asses', stone however by sea-urchins, spines and all, crushed in wine and taken in doses of a hemina to each urchin, this amount being drunk until benefit is apparent; urchins are also beneficial generally for stone when taken as food. The bladder is cleansed by a diet of scallops. The male scallops are called by some *σόνακες* (reeds), by others *αὐλοί* (pipes); the female they call *ὄνυχες* (nails). The males are diuretic; the females are sweeter and of a uniform colour. [The eggs of the cuttle-fish also are diuretic and cleanse the kidneys].

XXXIII. For intestinal hernia is applied sea-hare beaten up with honey. The liver of the water-coluber, likewise that of the water-snake, beaten up and taken in drink, is good for stone. Sciatica is cured by the brine of pickled silurus, injected as an enema, after previous thorough cleansing of the bowels; chafing of the seat by the head of grey or red mullet reduced to ash. The fish are burnt in an earthen vessel and should be applied with honey. The heads too of menae, reduced to ash, are useful for chaps and condylomata, just as the heads of salted

dum salsarum capitum cinis vel cybiorum cum melle. torpedo adposita procidentis interanei morbum ibi coercet. cancrorum fluviatilium cinis ex oleo et cera rimas in eadem parte emendat, idem et marini cancri pollent.

106 XXXIV. Panos salsamenta coracini[1] discutiunt, sciaenae interanea et squamae combustae, scorpio in vino decoctus ita, ut foveantur ex illo. at echinorum testae contusae et ex aqua inlitae incipientibus panis resistunt, muricum vel purpurarum cinis utroque modo, sive discutere opus sit incipientes sive concoctos emittere. quidam its componunt medicamentum: cerae et turis drachmas xx, spumae argenti xxxx,
107 cineris muricum x, olei veteris heminam. prosunt per se salsamenta cocta, cancri fluviatiles triti;[2] verendorum pusulas cinis e capite menarum, item carnes decoctae et inpositae, similiter percae salsae e capite cinis melle addito, pelamydum capitis cinis aut
108 squatinae cutis combustae. haec est qua diximus lignum poliri, quoniam et a mari fabriles usus exeunt. prosunt et zmarides inlitae, item muricum vel purpurarum testae cinis cum melle, efficacius crematarum cum carnibus suis. carbunculos verendorum privatim salsamenta cocta cum melle restingunt. testem, si descenderit, coclearum spuma inlini volunt.

[1] coracini *Hermolaus Barbarus*: coracina (*fortasse adiectivum*) *multi codd.*: coracinosa B: coracinorū *Mayhoff*.
[2] *Hic vult addere* ad *vel* contra *Mayhoff*.

[a] To govern *pusulas* Mayhoff adds *ad*. It is easy however to understand e.g. *emendat*.

pelamids, or sliced tunny, reduced to ash and applied with honey. An application of the torpedo to the intestinal region reduces a morbid procidence there. The ash of river-crabs in oil and wax heals cracks in that part; sea-crabs too have the same healing property.

XXXIV. The pickle of the coracinus disperses superficial abscesses, as do the burnt intestines and scales of the sciaena, or the sea-scorpion boiled down in wine for fomentation with that decoction. But the shells of sea-urchins crushed and applied with water are a remedy for these abscesses when incipient; the murex or purple-fish reduced to ash is beneficial for either purpose, whether it is necessary to disperse incipient abscesses or to mature them and make them discharge. Some make up the following prescription: wax and frankincense twenty drachmae, litharge forty drachmae, ash of the murex ten drachmae, old oil one hemina. By themselves are beneficial boiled salted-fish, and pounded river-crabs. For [a] pustules on the pudenda, ash of the head of menae, likewise their flesh boiled down and applied, similarly the ash of the head of salted perch, with honey added, ash of pelamids' heads, or the skin of burnt squatina. This skin is the one used, as I have said,[b] to polish wood, for from the sea too come useful things for our craftsmen. Zmarides also are beneficial when applied, likewise with honey the shells of the murex or purple-fish reduced to ash, more effectively if burnt with their flesh. Boiled salted fish are specific for reducing carbuncles on the pudenda. It is recommended, if a testicle hangs down, that the froth of snails be applied.

[b] See IX. § 40.

109 XXXV. Urinae incontinentiam hippocampi tosti et in cibo saepius sumpti emendant, ophidion pisciculus congro similis cum lili radice, pisciculi minuti ex ventre eius, qui devoraverit, exempti cremati ita, ut cinus eorum bibatur ex aqua. iubent et cocleas Africanas cum sua carne comburi cineremque ex vino Signino dari.

110 XXXVI. Podagris articulariisque morbis utile est oleum, in quo decocta sint ranarum intestina, et rubetae cinis cum adipe vetere. quidam et hordei cinerem adiciunt trium rerum aequo pondere. iubent et lepore marino recenti podagram fricari, fibrinis quoque pellibus calceari, maxime Pontici fibri, item vituli marini, cuius et adips prodest isdem, nec non et bryon, de quo diximus, lactucae simile, rugo-
111 sioribus foliis, sine caule. natura ei styptica, inpositumque lenit impetus podagrae. item alga, de qua et ipsa dictum est. observatur in ea, ne arida inponatur. perniones emendat pulmo marinus, cancri marini cinis ex oleo, item fluviatiles triti ustique, cinere[1] et ex oleo subacto,[2] siluri adips. in articulis morborum impetus sedant ranae subinde recentes inpositae; quidam dissectas iubent inponi. corpus auget ius mitulorum et concharum.

112 XXXVII. Comitiales, ut diximus, coagulum vituli marini bibunt cum lacte equino asinaeve aut cum

[1] cinere *codd.*: in cinerem *coni. Sillig.*
[2] subacto *Mayhoff*: subacti *codd.*

[a] Green laver. See *Index of Plants* in Vol. VII.
[b] See XXVII. § 56.
[c] See § 66 of this book. [d] See VIII. § 111.

XXXV. Incontinence of urine is remedied by the sea-horse, roasted and taken often as food, by the ophidion, a little fish like the conger, with lily-root added, and by the tiny fish in the belly of the fish that has swallowed them, taken out and burnt for their ash to be taken in water. They also recommend African snails to be burnt with their flesh, and the ash to be given in Signian wine.

XXXVI. For gouty pains and for diseases of the joints oil is useful in which the intestines of frogs have been boiled down, and also the ash of bramble-toads mixed with stale grease. There are some who add to these also barley ash, taking equal weights of three ingredients. They recommend too a gouty foot to be rubbed with a fresh sea-hare, and the patient also to be shod with beaver skin, by preference that of the Pontic beaver, or else with seal skin, seal fat also being good for gout. Good also is bryon,[a] about which I have spoken,[b] a plant like the lettuce, but with more wrinkled leaves and without a stem. Its nature is styptic, and applied to the painful part it soothes the paroxysms of gout. Sea-weed too is good, about which by itself also I have spoken.[c] Care is taken with sea-weed, not to apply it dry. An application of pulmo marinus is a cure for chilblains, and so is the ash of a sea-crab in oil, river-crabs too pounded and burnt, the ash also being kneaded with oil, and the fat of the silurus. In diseases of the joints paroxysms are soothed by applying fresh frogs every now and then; some recommend them to be cut up before being applied. Flesh is put on by the liquid of mussels and of shell-fish generally.

XXXVII. Epilepsy, as I have said,[d] is treated by doses of seals' rennet with mares' or asses' milk, or

Punici suco, quidam ex aceto mulso. nec non aliqui per se pilulas devorant. castoreum in aceti mulsi cyathis tribus ieiunis datur, iis vero, qui saepius corripiantur, clystere infusum mirifice prodest. castorei drachmae duae esse debebunt, mellis et olei sextarius et aquae tantundem. ad praesens vero correptis olfactu subvenit cum aceto. datur et mustelae marinae iocur, item muris, vel testudinum sanguis.

113 XXXVIII. Febrium circuitus tollit iocur delphini gustatum ante accessiones. hippocampi necantur in rosaceo, ut perunguantur aegri frigidis febribus, et ipsi adalligantur aegris. item ex asello pisce lapilli, qui plena luna inveniuntur in capite, alligantur in linteolo. phagri fluviatilis longissimus dens capillo adalligatus ita, ut quinque diebus eum, qui adalligaverit, non cernat aeger, ranae in trivio decoctae oleo abiectis carnibus perunctos liberant quartanis.
114 sunt qui strangulatas in oleo ipsas clam adalligent oleoque eo perunguant. cor earum adalligatum frigora febrium minuit et oleum, in quo intestina decocta sint. maxime autem quartanis liberant ablatis unguibus ranae atque[1] adalligatae et rubeta, si iocur eius vel cor adalligetur in panno leucophaeo. cancri fluviatiles triti in oleo et aqua perunctis ante

[1] atque *codd.*: aeque *Mayhoff.*

with pomegranate juice; some prescribe it in oxymel. Some too swallow the rennet by itself, made up into pills. Beaver oil in three cyathi of oxymel is given on an empty stomach; those however frequently attacked are benefited wonderfully by a clyster; of the beaver oil there should be two drachmae, of honey and oil a sextarius, and the same quantity of water. If indeed persons have a momentary seizure it is beneficial to give the patients beaver oil and vinegar to smell. There is also given the liver of the sea-weasel, or of the sea-mouse, or the blood of tortoises.

XXXVIII. Recurrent fevers are cured by a dolphin's liver, taken before the paroxysms. Sea-horses are killed in rose-oil, to make ointment for those sick of chill fevers, and sea-horses themselves are worn as an amulet by the patients. The little stones also that at a full moon are found in the head of the fish asellus, are tied on the patient in a linen cloth. Quartans are cured by the longest tooth of the river fish phagrus, tied with a hair on the patient as an amulet, but the patient must not discern the person who attached it for five days: also by rubbing with the grease of frogs boiled in oil at a place where three roads meet, the flesh being first thrown away. Some drown frogs in oil, attach secretly as an amulet, and rub the patient thoroughly with the oil. The heart of frogs attached as an amulet, and the oil in which their entrails have been boiled, relieve the chills of fevers. The best cure for quartans, however, is a frog, worn as an amulet with its claws taken off, or a bramble-toad, if its liver or heart is worn as an amulet in a piece of ash-coloured cloth. River-crabs, pounded in oil and water and thoroughly

accessiones in febribus prosunt; aliqui et piper
115 addunt. alii decoctos ad quartas in vino e balineo
egressis bibere suadent in quartanis, aliqui sinistrum
oculum devorare. Magi oculis eorum ante solis
ortum adalligatis aegro ita, ut caecos dimittant in
116 aquam, tertianas abigi promittunt. eosdem oculos
cum carnibus lusciniae in pelle cervina inligatos
praestare vigiliam somno fugato tradunt. in lethar-
gum vergentibus coagulo ballaenae aut vituli marini
ad olfactum utuntur. alii sanguinem testudinis
lethargicis inlinunt. tertianis mederi dicitur et
spondylus percae adalligatus, quartanis cocleae
fluviatiles in cibo recentes; quidam ob id adservant
sale, ut dent tritas in potu.

117 XXXIX. Strombi in aceto putrefacti lethargicos
excitant odore. prosunt et cardiacis. cachectis,
quorum corpus macie conficitur, tethea utilias unt
cum ruta ac melle. hydropicis medetur adips
delphini liquatus et cum vino potus. gravitati
saporis occurritur tactis naribus unguento aut odori-
bus vel quoquo modo opturatis. strombi quoque
carnes tritae et in mulsi tribus heminis pari modo
aquae aut, si febres sint, ex aqua mulsa datae pro-
118 ficiunt, item sucus cancrorum fluviatilium cum melle,
rana quoque aquatica in vino vetere et farre decocta
ac pro cibo sumpta ita, ut bibatur ex eodem vase, vel

[a] Or: turtle.

rubbed over the patient before the paroxysms, are beneficial in fevers; some add pepper also. Others prescribe them for quartans boiled down to a quarter in wine, to be taken after leaving the bath; some, however, the left eye to be swallowed. The Magi assure us that tertian fevers are driven away by crabs' eyes, attached as an amulet before sunrise to the patient, but the blinded crabs must be set free into water. The Magi also teach that crabs' eyes, tied on with the flesh of a nightingale in deer skin, drive away sleep and cause watchfulness. For those sinking into lethargus they prescribe that the patient smell the rennet of the whale or that of the seal. Others use as embrocation for lethargus the blood of a tortoise.[a] It is also said that tertians are treated successfully by the vertebra of a perch worn as an amulet; quartans by fresh river snails taken as food. Some preserve them in salt for this purpose, to administer them, beaten up, in a draught.

XXXIX. Strombi rotted in vinegar rouse by the smell the victims of lethargus. They are also good for those with stomach complaints. Those in a decline, with a body seriously wasting away, find beneficial tethea with rue and honey. Dropsy is treated with melted dolphin fat taken with wine. The nauseating taste is neutralised by touching the nostrils with unguent or scents, or plugging them in any suitable way. The flesh of the strombus also, pounded and given in three heminae of honey wine and an equal measure of water, or should there be fever, in hydromel, benefit the dropsical; likewise the juice of river crabs with honey; water frogs too are boiled down in old wine and emmer wheat, and then taken as food but out of the same vessel as

testudo decisis pedibus, capite, cauda et intestinis exemptis, reliqua carne ita condita, ut citra fastidium sumi possit. cancri fluviatiles ex iure sumpti et phthisicis prodesse traduntur.

119 XL. Adusta sanantur cancri marini vel fluviatilis cinere ex oleo; ichthyocolla, ranarum cinere ea, quae ferventi aqua combusta sint; haec curatio etiam pilos restituit.[1] cancrorum fluviatilium cinere putant utendum cum cera et adipe ursino. prodest et fibrinarum pellium cinis. ignes sacros restingunt ranarum viventium ventres inpositi, pedibus posterioribus pronas adalligari iubent, ut crebriore anhelitu prosint. utuntur et silurorum salsamenti capitum cinere ex aceto. pruritum scabiemque non hominum modo, sed et quadripedum efficacissime sedat iecur pastinacae decoctum in oleo.

120 XLI. Nervos vel praecisos purpurarum callum, quo se operiunt, tusum glutinat. tetanicos coagulum vituli adiuvat ex vino potum oboli pondere, item ichthyocolla, tremulos castoreum, si ex oleo perunguantur. mullos in cibo inutiles[2] nervis invenio.

121 XLII. Sanguinem fieri piscium cibo putant, sisti polypo tuso inlito, de quo et haec traduntur: muriam ipsum ex sese emittere et ideo non debere addi in coquendo, secari harundine, ferro enim infici vitiumque trahere natura dissidente. ad sanguinem sisten-

[1] *Hic codd.* cum *habent*: item *Mayhoff. Fortasse* cum *ex aut* cancrorum *aut* cum cera *ortum.*

[2] utiles *coni. Warmington.*

---

[a] Or: turtle.

[b] In a Book dealing with fish remedies *vituli* cannot mean an ordinary "calf."

[c] I so translate because of *ex.*

cooked; a tortoise [a] with feet, head, tail, and entrails taken out, the remaining flesh being so seasoned that it can be taken without nausea. River crabs taken in their juice are also reported to be beneficial to consumptives.

XL. Burns are healed by the ash in oil of a sea crab or river crab; by fish glue, or by the ash of frogs, the scalds caused by boiling water; this treatment also restores the lost hair. They think that the ash of river crabs should be used with wax and bear's grease. Beneficial also is the ash of beaver pelts. Erysipelas disappears under the application of the bellies of live frogs; they recommend the frogs to be tied on upside down by their hind legs, so that their rapid breathing may be of benefit. They also use the ash in vinegar of the heads of salted siluri. Pruritus and itch-scab in quadrupeds as well as in man are relieved with great efficacy by the liver of the sting-ray boiled down in oil.

XLI. The hard operculum, with which the purple-fish shuts its body from view, when beaten up, unites cut sinews even when severed. Patients with tetanus are relieved by an obolus by weight of seal's [b] rennet taken in wine; also by fish glue. The palsied obtain benefit from beaver oil, if they are thoroughly rubbed with it and olive oil.[c] I find that red mullet as a food is injurious to the sinews.

XLII. They think that to eat fish causes bleeding, but that haemorrhage is stopped by crushing and applying the polypus, about which are current the following reports. It of itself gives out of itself brine, and therefore none should be added in cooking; it should be cut with a reed, for iron spoils it and leaves a taint, as the natures of the two quarrel. To stop bleeding

dum et ranarum inlinunt cinerem vel sanguinem
122 arefactum. quidam ex ea rana, quam Graeci calamiten vocant, quoniam inter harundines fruticesque vivat, minima omnium et viridissima, sanguinem ciueremve fieri[1] iubent, aliqui et nascentium ranarum in aqua, quibus adhuc cauda est, in calice novo combustarum cinerem, si per nares fluat, inferciendum.[2]
123 diversus hirudinum, quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem usus est. quippe eadem ratio earum, quae cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda iudicatur, sed vitium, quod admissae semel desiderium faciunt circa eadem tempora anni semper eiusdem medicinae. multi podagris quoque admittendas censuere. decidunt satiatae et pondere ipso sanguinis detractae aut sale adspersae; aliquando tamen relinquunt adfixa capita, quae causa volnera insanabilia facit et multos interemit, sicut Messalinum e consularibus patriciis, cum ad genu[3] admisisset, in veneni[4] virus remedio verso. maxime rufae ita
124 formidantur; ergo sugentes[5] forficibus praecidunt, ac velut siphonibus defluit sanguis, paulatimque morientium capita se contrahunt, nec relinquuntur. natura earum adversatur cimicibus, suffitu necat eos. fibrinarum pellium cum pice liquida combustarum cinis narium profluvia sistit suco porri mollitus.
125 XLIII. Extrahit corpori tela inhaerentia saepiarum

[1] Inlini *coni. Warmington.*
[2] inferciendum *Ianus*: imperficiendum *codd.*
[3] genu B[2] E: genum B[1]RdT: genam *coni. Mayhoff.*
[4] in veneni *Ianus*: invenit B: inveniunt *multi codd.*
[5] sugentes *Sillig*: (sugere?) ursas B[1]: oras VRdT: sugere orsas *Mayhoff ex multis lectionibus et coniecturis.*

[a] The Greek *κάλαμος* means a reed.

they also apply the ash of frogs or their dried blood. Some recommend the blood or ash to come from the frog called by the Greeks calamites,[a] because it lives among reeds and shrubs, the smallest and greenest of all frogs; some that the ash of frogs at their birth in water, while still tadpoles with a tail, and calcined in a new earthen vessel, should be stuffed into the nostrils of those with epistaxis. Opposite is the use of leeches, called sanguisugae,[b] which are employed to extract blood. For these are supposed to have the same purpose as that of cupping-glasses, to relieve the body of blood and to open the pores of the skin; but an objection is that once applied they create a craving for the same treatment every year at about the same time. Many have been of opinion that leeches should be applied also for gout. When gorged leeches fall off, detached by the mere weight of blood or by a sprinkle of salt; sometimes however they leave their heads stuck fast in the flesh, thus causing incurable wounds that have often proved fatal. An instance is Messalinus, a patrician of consular rank, who applied leeches to his knee,[c] and the remedy turned to a virulent poison. It is especially red leeches that are so dreaded; so they cut them off with scissors while they are sucking, and the blood runs down as it were through tubes; as they die their heads little by little contract, and are not left in the bite. The nature of leeches is adverse to that of bugs, which are killed if fumigated with leeches. Beaver skins, burnt with liquid pitch and softened with leek juice, arrest discharges from the nostrils.

XLIII. Weapons sticking in the flesh are drawn

[b] I.e. "blood-suckers."

[c] With Mayhoff's suggestion, "cheek."

testae cinis, item purpurarum testae ex aqua, salsamentorum carnes, cancri fluviatiles triti, siluri fluviatilis, qui et alibi quam in Nilo nascitur, carnes inpositae, recentis sive salsi. eiusdem cinis extrahit, adips et cinis spinae eius vicem spodii praebet.

126 XLIV. Ulcera, quae serpunt, et quae in iis excrescunt capitis menarum cinis vel siluri coercet, carcinomata percarum capita salsarum, efficacius si cinere earum misceantur[1] sal et cunila capitata oleoque subigantur. cancri marini cinis usti cum plumbo carcinomata compescit. ad hoc et fluviatilis sufficit cum melle lineaque lanugine; aliqui malunt alumen melque miscere[2] cineri. phagedaenae siluro inveterato et cum sandaraca trito, cacoëthe et nomae et putrescentia cybio vetere sanantur; vermes innati
127 ranarum felle tolluntur. fistulae aperiuntur siccanturque salsamentis cum linteolo inmissis, intraque alterum diem callum omnem auferunt et putrescentia ulcerum quaeque serpant emplastri modo subacta et inlita. et allex purgat ulcera in linteolis concerptis, item echinorum testae cinis. carbunculos coracinorum salsamenta inlita discutiunt, item mullorum salsamenti cinis—quidam capite tantum utuntur cum melle—vel coracinorum carnes. muricum cinis cum oleo tumores tollit, cicatrices fel scorpionis marini.

128 XLV. Verrucas tollit glani iocur inlitum, capitis

[1] misceantur *coni. Mayhoff*: misceatur *codd.*
[2] miscere *multi codd.*: misceri B. *Sillig, Mayhoff.*

[a] See List of Diseases.
[b] See *Index of Plants* in Vol. VII.
[c] *Allex* (variously spelt) is fish pickle.

out by the ash in water of the shell of the cuttle-fish, also of the shell of the purple-fish, by the flesh of salted fish, by river-crabs beaten up, by an application of the flesh of the river silurus (which is found in other rivers besides the Nile), whether fresh or preserved in salt. The ash of the same fish draws out sharp bodies; its fat and the ash of its back-bone take the place of spodium.

XLIV. Creeping ulcers and the excrescences that form in them are checked by ash of menae or of the silurus, carcinomata [a] by heads of salted perch, with more effect if with their ash are mixed salt and headed cunila,[b] and the whole kneaded with oil. The ash of a sea crab that has been burnt with lead checks carcinomata. For this purpose river crab too suffices with honey and fine lint. Some prefer to mix alum and honey with the ash. Phagedaenic ulcers are healed by silurus kept till stale and beaten up with sandarach; malignant ulcers, corrosive ulcers, and festering sores by old tunny sliced; the maggots that breed in them are removed by frogs' gall. Fistulas are opened and dried up by salted fish inserted with lint; within two days such fish remove all callus, festering sores, and creeping ulcers, if kneaded up as for a plaster and applied. Allex [c] also applied in strips of lint cleans sores; likewise the shell of sea-urchins, reduced to ash. Carbuncles are dispersed if treated with salted coracinus, likewise with the ash of salted red mullet—some use the head only with honey—or with the flesh of coracinus. Ash of murex with oil removes swellings, and the gall of the sea scorpion scars.

XLV. Warts are removed by an application of the liver of the glanus, of menae ash beaten up with

menarum cinis cum alio tritus—ad thymia crudis utuntur—fel scorpionis marini rufi, zmarides tritae inlitae, allex defervefacta. unguium scabritiam cinis e capite menarum extenuat.

129 XLVI. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e iure sumptus et zmarides cum tisana sumptae vel cum feniculo decoctae. mammas ipsas muricum vel purpurae testarum cinis cum melle efficaciter sanat, item cancri inliti fluviatiles vel marini. pilos in mamma muricum carnes inpositae tollunt. squatinae inlitae crescere mammas non patiuntur. delphini adipe linamenta tincta [1] accensa excitant volva strangulata
130 oppressas, item strombi in aceto putrefacti. percarum vel menarum capitis cinis sale admixto et cunila oleoque volvae medetur, suffitione quoque secundas detrahit. item vituli marini adips instillatur igni naribus intermortuarum volvae vitio, coagulo eiusdem in vellere inposito. pulmo marinus alligatus purgat egregie profluvia, echini viventes tusi et in vino dulci poti sistunt et cancri fluviatiles triti in vino potique.
131 item siluri suffitu, praecipue Africi, faciliores partus facere dicuntur, cancri ex aqua poti profluvia sistere, ex hysopo purgare. et si partus strangulet,[2] similiter poti auxiliantur. eosdem recentes vel aridos bibunt

[1] tincta *add. Brakman*, inlita *Mayhoff, post C. F. W. Müller.*
[2] strangulet VR: stranguletur d (?).

---

[a] The Greek *θύμιον*, a large wart.
[b] Brakman's *tincta* is perhaps better than Mayhoff's *inlita*, as *illino* in Pliny is regularly used of applying medicaments to the human body.
[c] Or: "ailment of the womb."

garlic—for thymion[a] warts they use the materials raw—by the gall of the red sea scorpion, by zmarides beaten up and applied, and by allex thoroughly boiled. Rough nails are smoothed by the ash of menae heads.

XLVI. Milk in women is made plentiful by glauciscus taken with its liquor, by zmarides taken with barley water or boiled down with fennel. The breasts themselves are treated efficaciously by shells of murex or purple fish reduced to ash and combined with honey; by crabs too, river or sea, applied locally. The flesh of the murex if applied removes hair growing on the breasts. Squatinae applied prevent their swelling. Lint, smeared[b] with dolphin's fat and then set alight, arouse women suffering from hysterical suffocations; likewise strombi rotted in vinegar. The ash of the heads of perch or menae, mixed with salt, cunila, and oil, is healing to the uterus; by fumigation also it brings away the after-birth. The fat of the seal melted in the fire is inserted into the nostrils of women swooning from hysterical suffocation,[c] or else seal's rennet used as a pessary in a piece of fleece. The pulmo marinus, tied on,[d] is an excellent promoter of menstruation, which is checked by living sea urchins pounded up and taken in a sweet wine or by river crabs beaten up and so taken. Siluri also, especially the African, are said to make easier the birth of children, crabs taken in water to arrest menstruation, taken in hyssop to promote it. If birth causes choking,[e] the same medicament taken in drink is a help. Crabs, fresh

[d] Here apparently as an amulet, although that is usually *adalligare*.

[e] With the reading *stranguletur*: "if the child chokes."

ad partus continendos. Hippocrates et ad purgationes mortuosque partus utitur illis, cum quinis, lapathi radice rutaeque, et fuligine trita et in mulso
132 data potui. iidem in iure cocti cum lapatho et apio menstruas purgationes expediunt lactisque ubertatem faciunt, iidem in febri, quae sit cum capitis doloribus et oculorum palpitatione, mulieribus in vino austero dati prodesse dicuntur. castoreum ex mulso potum purgationibus prodest contraque volvam ol-
133 factum cum aceto et pice aut subditum pastillis. ad secundas etiam uti eodem prodest cum panace in quattuor cyathis vini et a frigore laborantibus ternis obolis. sed si castoreum fibrumve supergrediatur gravida, abortum facere dicitur et periclitari partu, si superferatur. mirum est et quod de torpedine invenio, si capiatur cum luna in libra sit, triduoque adservetur sub diu, faciles partus facere postea, quotiens inferatur. adiuvare et pastinacae radius adalligatus umbilico existumatur, si viventi ablatus
134 sit, ipsa in mare dimissa. invenio apud quosdam ostraceum vocari quod aliqui onychen vocent; hoc suffitum volvae poenis mire resistere; odorem esse castorei, meliusque cum eo ustum proficere; vetera quoque ulcera et cacoëthe eiusdem cinere sanari. nam carbunculos et carcinomata in muliebri parte praesentissimo remedio sanari tradunt cancro femina

[a] See *Women's Diseases*, Littré VIII, p. 220. In the Greek it is five crabs, etc., to be taken thrice fasting.

[b] A little shell.

[c] A nail or claw.

or dried, are taken in drink to prevent miscarriage. Hippocrates [a] uses them to promote menstruation and to withdraw a dead foetus; five crabs, root of lapathum and of rue, with some soot, are beaten up, and given to drink in honey wine. Crabs, boiled in their liquor with lapathum and celery, hasten on the monthly flow and produce a plentiful supply of milk; in fever accompanied by pains in the head and palpitation of the eyes, are said to be good for women when given in a dry wine. Beaver oil taken in honey wine is good for menstruation, as also for troubles of the uterus if given to smell with vinegar and pitch, or made into tablets for a pessary. To bring away the afterbirth it is also useful to use beaver oil with panaces in four cyathi of wine, and three-obol doses for those suffering from chill. If, however, a pregnant woman steps over beaver oil or a beaver, it is said to cause a miscarriage, and a dangerous confinement if it is carried over her. What I find about the torpedo is also wonderful: that, if it is caught when the moon is in Libra and kept for three days in the open, it makes parturition easy every time afterwards that it is brought into the room. It is thought to be helpful too if the sting of the sting-ray is worn as an amulet on the navel, but it must be taken from a living fish, which itself must be cast into the sea. I find in some writers that there is a substance called ostraceum,[b] called by some onyx [c]; that this by fumigation wonderfully counteracts severe pains of the uterus; that it has the smell of beaver oil, and is more efficacious if burnt with it; that the ash also of the same substance cures chronic or malignant ulcers. But carbuncles and cancerous sores on a woman's privates have, they say, a sovereign remedy in a female crab

cum salis flore contuso post plenam lunam et ex aqua inlito.

135 XLVII. Psilotrum est thynni sanguis, fel, iocur, sive recentia sive servata, iocur etiam tritum mixtoque cedrio plumbea pyxide adservatum. ita pueros mangonicavit Salpe obstetrix. eadem vis pulmoni[1] marino[2] leporis marini sanguini[3] et felli[4] vel si in oleo lepus hic necetur. . .[5] cancri, scolopendrae marinae cinis cum oleo, urtica marina trita ex aceto scillite, torpedinis cerebrum cum alumine inlitum XVI

136 luna. ranae parvae, quam in oculorum curatione descripsimus, sanies efficacissimum psilotrum est, si recens inlinatur, et ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias vel in oleo decocta aereis vasis. eadem mensura alii ex XV ranis conficiunt psilotrum, sicut in oculis diximus. sanguisugae quoque tostae in vase fictili et ex aceto inlitae eundem contra pilos habent effectum. [Hic suffitus urentium eas necat cimices]. inuncto castoreo quoque cum melle pro psilotro usi pluribus diebus reperiuntur. in omni autem psilotro evellendi prius sunt pili.

137 XLVIII. Infantium gingivis dentitionibusque

[1] pulmoni *codd.*: pulmonis *vulg.*, *Mayhoff.*
[2] marino VRd: marini Bb. *vulg. Mayhoff.*
[3] sanguini *multi codd.*: sanguine E, *vulg.*, *Mayhoff.*
[4] felli dT *Hard.*: felle *Mayhoff cum multis codd.*
[5] *Hic lacunam indicat Mayhoff.*

---

[a] The best kind of salt.
[b] Mayhoff suggests that the words *item adhibetur* or the like have fallen out here. The ending *-etur* may have caused the omission of one verb.

crushed up with flower of salt [a] after a full moon and applied in water.

XLVII. Superfluous hair is removed by blood, gall, and liver of the tunny, whether fresh or preserved, by the liver too when beaten up, mixed with cedar oil, and stored in a leaden box. In this way slave boys were prepared for market by Salpe the midwife. The same property is found in the pulmo marinus, in the blood and gall of the sea hare, or this hare itself killed in oil.[b] There is also used the ash of the crab or of the sea scolopendra with oil, the sea anemone beaten up in squill vinegar, or the brain of the torpedo applied with alum on the sixteenth day of the moon. The blood-like matter (sanies) given out by the small frog, that we have spoken of [c] in the treatment of the eyes, is a most efficacious depilatory if applied fresh; and so is the frog itself, dried and pounded up, and then boiled down to one third in three heminae, or boiled down in oil in brazen vessels. Others make a depilatory out of fifteen frogs treated with the same proportions of liquid, as we mentioned when treating of the eyes.[d] Leeches also, roasted in an earthen vessel and applied with vinegar, have the same effect in extracting hair. The fumes that come from those burning the leeches kill bugs.[e] There are also found those who have used for several days as a depilatory rubbing with beaver oil and honey. Before using however any depilatory the hairs must first be pulled out.

XLVIII. The gums and the teething of infants are

[c] See § 74 of this Book.

[d] See § 75 of this Book; *eadem mensura* could be taken with the preceding sentence.

[e] This sentence is bracketed by Mayhoff.

plurimum confert delphini cum melle dentium cinis et si ipso dente gingivae tangantur. adalligatus idem pavores repentinos tollit. idem effectus et caniculae dentis. ulcera vero, quae in auribus aut ulla parte corporis fiant, cancrorum fluviatilium sucus cum
138 farina hordeacea sanat. et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis prosunt. siriasim infantium spongea frigida cerebro umefacto rana inversa adalligata efficacissime sanat. aridam inveniri adfirmant.

XLIX. Mullus in vino necatus vel piscis rubellio vel anguillae duae, item uva marina in vino putrefacta iis, qui inde biberint, taedium vini adfert.

139 L. Venerem inhibet echeneis, hippopotamii frontis e sinistra parte pellis in agnina adalligata, fel torpedinis vivae genitalibus inlitum. concitant coclearum fluviatilium carnes sale adservatae et in potu ex vino datae, erythini in cibo sumpti, iocur ranae diopetis vel calamitis in pellicula gruis adalligatum vel dens crocodili maxillaris adnexus bracchio vel hippocampus vel nervi rubetae dextro lacerto adalligati. amorem finit in pecoris recenti corio rubeta adalligata.

140 LI. Equorum scabiem ranae decoctae in aqua ex-

---

[a] See List of Diseases.

helped very much by a dolphin's teeth reduced to ash and added to honey, and also if the gums are touched with a tooth itself. As an amulet a dolphin's tooth removes a child's sudden terrors. The same also is the effect of a tooth of the canicula. The sores however that form in the ears or on any part of the body are cured by the juice of river crabs with barley meal. The other diseases too are relieved if the patients are thoroughly rubbed with river crabs pounded in oil. For siriasis [a] in babies a very efficacious cure is a frog tied as an amulet back to front on the infant's skull [b] moistened with a cold sponge. The sponge is said to be found dry afterwards.

XLIX. Red mullet killed in wine, or the fish rubellio, or two eels, also a sea grape rotted in wine, brings a distaste for wine to those who have drunk of the liquor.

L. Antaphrodisiac are the echeneis, hide from the left side of the forehead of a hippopotamus attached as an amulet in lamb skin, or the gall of the torpedo, while it is still alive, applied to the genitals. Aphrodisiac is the flesh of river snails preserved in salt and given to drink in wine, erythini taken as food, the liver of the frog diopetes or calamites, attached as an amulet in a little piece of crane's skin, or the maxillary tooth of a crocodile tied to the forearm, or the hippocampus, or the sinews of a bramble toad worn as an amulet on the right upper arm. Love is killed by a bramble toad worn as an amulet in a fresh piece of sheep's skin.

LI. Itch scab in horses is relieved by frogs boiled

[b] The Bohn translation suggests that *crebro*, "from time to time" is the correct reading. It is not mentioned by Mayhoff.

tenuant, donec inlini possint. aiunt[1] ita curatos[2] non repeti postea. Salpe negat canes latrare, quibus in offa rana viva data sit.

LII. Inter aquatilia dici debet et calamochnus, Latine adarca appellata. nascitur circa harundines tenues e spuma aquae dulcis ac marinae, ubi se miscent. vim habet causticam, ideo acopis utilis et contra perfrictionum vitia. tollit et mulierum lenti-
141 gines in facie. et calami simul dici debent: phragmitis radix recens tusa luxatis medetur et spinae doloribus ex aceto inlita, Cyprii vero, qui et donax vocatur, cortex alopeciis medetur ustus et ulceribus veteratis,[3] folia extrahendis quae infixa sint corpori et igni sacro. paniculae flos aures si intravit, exsurdat. sepiae atramento tanta vis est, ut in lucernam[4] addito Aethiopas videri ablato priore lumine Anaxilaus tradat. rubeta excocta aqua potui data suum morbis medetur vel cuiuscumque ranae cinis. pulmone marino si confricetur lignum, ardere videtur adeo, ut baculum ita praeluceat.

142 LIII. Peractis aquatilium dotibus non alienum videtur indicare per tot maria, tam vasta et tot milibus passuum terrae infusa extraque circumdata mensura, paene ipsius mundi quae intellegatur, animalia cen-

[1] aiunt et *coni. Mayhoff.*
[2] curatos sic *coni. Mayhoff.*
[3] inveteratis *coni. Mayhoff*: veteratis; folia <utilia> *coni. Warmington.*
[4] lucernam *Mayhoff*: lucerna *codd.*

[a] Probably e.g. at strangers. The Bohn translators have: "lose the power of barking." Perhaps when they see the frog.

down in water until they can be used as ointment. It is said that a horse so treated is never attacked again afterwards. Salpe says that dogs do not bark [a] if a live frog has been put into their mess.

LII. Among water creatures ought also to be mentioned calamochnus, the Latin name of which is adarca. It collects around thin reeds from the foam forming where fresh and sea water mingle. It has a caustic property, and is therefore useful for tonic pills and to cure cold shiverings. It also removes freckles on the face of women. At the same time reeds should be spoken of. The root of phragmites, pounded fresh, cures dislocations, and applied with vinegar pains in the spine; the Cyprian reed indeed, also called donax, has a bark which when calcined cures mange and chronic ulcers, and its leaves extract things embedded in the flesh, and help erysipelas. The flower of the reed panicula causes complete deafness if it has entered the ears. The ink of the cuttle fish has so great power that Anaxilaus reports that poured into a lamp the former light utterly vanishes, and people appear as black as Ethiopians. A bramble toad thoroughly boiled in water and given to drink cures pigs' diseases, as does the ash of any frog or toad. If wood is thoroughly rubbed with pulmo marinus it seems to be on fire, so much so that a walking-stick, so treated, throws a light forward.

LIII. Now that I have completed my account of the natural qualities of aquatic plants and animals, it seems to me not foreign to my purpose to point out that, throughout all the seas which are so numerous and spacious and come flooding into the landmass over so many miles and surround it outside to

tum quadraginta quattuor omnino generum esse eaque nominatim complecti, quod in terrestribus
143 volucribusque fieri non quit. neque enim omnes Indiae Aethiopiaeque aut Scythiae desertorumve novimus feras aut volucres, cum hominum ipsorum multo plurimae sint differentiae, quas invenire potuimus. accedat his Taprobane insulaeque aliae atque aliae [1] oceani fabulose narratae. profecto conveniet non posse omnia genera in contemplationem universam vocari. at, Hercules, in tanto mari oceanoque quae nascuntur certa sunt, notioraque, quod miremur, quae profundo natura mersit.

144 Ut a beluis ordiamur, arbores, physeteres, ballaenae, pistrices, Tritones, Nereides, elephanti, homines qui marini vocantur, rotae, orcae, arietes, musculi et alii piscium forma [arietes],[2] delphini celebresque Homero vituli, luxuriae vero testudines et medicis fibri—quorum generis lutras nusquam mari accepi-
145 mus mergi, tantum marina dicentes—iam caniculae, drinones, cornutae, gladii, serrae, communesque terrae, mari, amni hippopotami, crocodili, et amni tantum ac mari thynni, thynnides, siluri, coracini, percae.

Peculiares autem maris acipenser, aurata, asellus,

[1] aliae atque *Mayhoff*: aliaeq B: *omm. rell.*
[2] arietes *seclud. Warmington*: quadripedes *Birt*: terrestres *coni. Mayhoff.*

[a] *Od.*, IV, 436.
[b] In fact otters do sometimes enter the sea at estuaries, while beavers do not.
[c] In sections 145–153 there are many variants in the names of fish. We note a few only. See Index of Fishes.

an extent which might be thought of as almost equal to that of the world itself—there are one hundred and forty-four species in all; and that they can be included each under its own name, a thing which, in the case of creatures of the land and those which fly, cannot be done. For in fact we do not know all the wild animals and flying creatures of India and Ethiopia and Syria; while even of mankind itself the varieties which we have been able to discover are the greatest in number by far. Add to this Ceylon and various other islands of the ocean about which fabulous tales are told. Surely it will be agreed that not all the species can be brought under one general view for our consideration. On the other hand, upon my solemn word, in the sea, vast though it is, and in the ocean, the number of animals produced is known; and—we may well wonder at this—we are better acquainted with the things which nature has sunk down in the deep.

To begin with large beasts, there are "sea-trees," blower-whales, other whales, saw-fish, Tritons, Nereids, walruses (?) so-called "men of the sea," "wheels," grampuses, "sea-rams," whalebone whales, and others having the shape of fishes, dolphins, and seals well known to Homer,[a] tortoises on the other hand well known to luxury, beavers to medical people (of the class of beavers we have never found record, speaking as we are of marine animals, that otters anywhere frequent the sea [b]); also sharks, "drinones," horned rays (?), sword-fish, saw-fish; hippopotamuses and crocodiles common to land, sea, and river; and, common to river and sea only, tunnies, other tunnies, "siluri," "coracini," and perches.

Belonging [c] to the sea only are sturgeon, gilt-head,

acharne, aphye, alopex, anguilla, araneus, boca, batia, bacchus, batrachus, belonae, quos aculeatos vocamus-balanus, corvus, citharus, rhomborum generis pessi,
146 mus, chalcis, cobio, callarias, asellorum generis, minor esset, colias[1] sive Parianus sive Sexitanus a patria Baetica, lacertorum minimi, † ab iis moncreses †[2] cybium—ita vocatur concisa pelamys, quae post XL dies a Ponto in Maeotim revertitur—cordyla—et haec pelamys pusilla; cum in Pontum a Maeotide exit, hoc nomen habet—cantharus, callionymus sive uranoscopos, cinaedi, soli piscium lutei, cnide, quam
147 nos urticam vocamus, cancrorum genera, chemae striatae, chemae leves, chemae peloridum generis, varietate distantes et rotunditate, chemae glycymarides, quae sunt maiores quam pelorides, coluthia sive coryphia, concharum genera, inter quae et margaritiferae, cochloe,[3] quorum generis pentadactyli, item helices (ab aliis[4] actinophoroe dicuntur), quibus radii; . . . cantant—extra haec sunt rotundae in
148 oleario usu cocleae—cucumis, cynops, cammarus, cynosdexia, draco—quidam aliud volunt esse dracunculum; est autem gerriculae amplae similis, aculeos

[1] colias *Hermolaus Barbarus*; coliae *Birt*: collia B: colla *multi codd.*

[2] moncreses B: nostrates *Mayhoff*: *varia rell. codd.*

[3] conchoe *coni. Mayhoff.*

[4] helices ab aliis *Ianus*: h. ab his B: halicembalis *vel sim. rell.*

---

[a] Not of the island Paros, but of the city Parium on the Propontis.

[b] Of the town Sex in Spain.

[c] The Latin text is here corrupt.

[d] This is puzzling. What are *radii* in the case of shell-bearing molluscs? "The spokes on whose shells are used for

"asellus," "acharne," small fry, thresher-shark, eel, weever-fish, bogue, skate, grey mullet, angler-fish, garfish ?—fish which we call thorny, sea-acorn, "sea-crow," "cithari" the worst esteemed of the turbot kind, shad (?), goby, "callarias" of the "aselli" kind were it not smaller, Spanish mackerel also known as the Parian [a] and as Sexitan [b] from its native land Baetica, the smallest of the mackerels, . . .,[c] "cybium" (this is the name given, when it has been sliced, to the young tunny which returns from the Black Sea into Lake Maeotis after forty days), "cordyla" (this too is a very small young tunny; it has this name when it goes out from Lake Maeotis into the Black Sea), black bream, the "callionymus" or "uranoscopus," "cinaedi"-wrasse—the only fishes which are yellow, sea-anemone, which we call nettle, species of crab, furrowed clams, smooth clams, clams of the kind "peloris," differing in variety of roundness of their shells, "glycymarides"-clams, which are larger than "pelorides," "coluthia" or "coryphia," species of bivalves amongst which are also the pearl-bearers, "cochloe" (to the class of these belong the "five-fingered," also "helices" called by others "actinophorae"), whose rays give a singing sound [d] (outside these [e] there are round shells used in dealing with oil), sea-cucumber, "cynops," shrimps,[f] "dog's right-hand," weever-fish; (certain people want the "little weever" to be regarded as a different animal; in fact it is like a large "gerricula,"

musical purposes"—Bostock and Riley. Perhaps the gastropod mollusc "pelican's foot" is meant.

[e] *haec*, neuter plural, is another problem. Mayhoff may be right in suggesting a lacuna after *radii*.

[f] Or prawns.

in branchiis habet ad caudam spectantes; sic ut scorpio laedit, dum manu tollitur—erythinus, echenais, echinus, elephanti locustarum generis nigri, pedibus quaternis bisulcis—praeterea bracchia iis[1] II binis articulis singulisque forcipibus denticulatis—fabri sive zaei,[2] glauciscus, glanis, gonger, girres,
149 galeos, garos, hippos, hippuros, hirundo, halipleumon, hippocampos, hepar, ictinus, iulis, lacertorum genera, lolligo volitans, locustae, lucerna, lelepris,[3] lamirus,[4] lepus, leones, quorum bracchia cancris similia sunt—reliqua pars locustae—mullus, merula inter saxatiles laudata, mugil, melanurus, mena, maeotes, murena, mys, mitulus, myiscus, murex, oculata, ophidion, ostreae, otia, orcynus—hic est pelamydum generis maximus neque ipse redit in Maeotim, similis tritomi,
150 vetustate melior—orbis, orthagoriscus, phager, phycis saxatilium quaedam, pelamys—earum generis maxima apolectum vocatur, durius tritomo—porcus, phthir, passer, pastinaca, polyporum genera, pectines—maximi et in his nigerrimi aestate laudatissimi, hi autem Mytilenis, Tyndaride, Salonis, Altini, Chia in insula, Alexandriae in Aegypto—pectunculi, purpurae, pegrides, pina, pinoteres, rhine, quem squatum vocamus, rhombus, scarus, principalis
151 hodie, solea, sargus, squilla, sarda—ita vocatur

[1] iis *add. Mayhoff.*
[2] zaei *Mayhoff:* zaes *codd.* (zais B).
[3] lelepris *Janus coll. Hesych.*: *varia codd.*
[4] lamirus] larinus *Sillig coll. Hesych.*

and has on its gills prickles which look towards the tail; and when it is lifted in the hand, it inflicts a wound like a scorpion), "erythrinus," sucking-fish, sea-urchin, black "elephants" of the lobster kind, having four forked legs (they also have two arms, each with double joints and a single pair of pincers having a toothed edge), "fabri" or "zaei," "glauciscus," cat-fish, conger eel, "girres," dogfish, "garos," runner-crab (?) "horsetail," flying-fish, jellyfish, sea-horse, "hepar," flying gurnard (?), rainbow-wrasse (?), species of mackerel, fluttering squid, crawfishes, "lantern-fish," "lelepris," "lamirus," sea-hare, "lion"-lobsters, whose arms are like crabs' and the rest is like the crawfish, red mullet, a wrasse highly praised amongst rock-fish, grey mullet, "black-tail," "mena," "maeotes," murry, "mys"-mussel, mussel, bearded mussel (?), purple-mollusc, "eyed" fish, eel (?), species of bivalves, sea-ear, large tunny (this is the largest of the pelamys kind and it never comes back to Lake Maeotis; it is like the "tritomum" and is best in its old age), globe-fish, "orthagoriscus", "phager," "phycis" one of the rock-fish, "pelamys"-tunny, of which kind the largest is called "choice piece," tougher than the "tritomus," "pig"-fish, sea-louse, plaice (?), sting-ray, species of octopus, scallops (the very large ones, and, among these, those which are very black in summer time, being the most highly esteemed; moreover, these are found at Mytilene, Tyndaris, Salonae, Altinum, the island of Chios, and Alexandria in Egypt), small scallops, purple-molluscs, "pegrides" (?), pinna, hermit crab (*or pinna-guard crab*), angel-fish which we call "squatus," turbot, parrot-wrasse, which is of first rank to-day, sole, sargue, prawn (*or shrimp*), "sarda"

pelamys longa ex oceano veniens—scomber, salpa, sorus, scorpaena, scorpio, salax, sciaena, sciadeus, scolopendra, smyrus, sepia, strombus, solen sive aulos sive donax sive onyx sive dactylus, spondyli, smarides, stellae, spongeae, turdus, inter saxatiles nobilis, thynnis, thranis, quem alii xiphian vocant, thrissa, torpedo, tethea, tritomum pelamydum generis magni,
152 ex quo terna cybia fiunt, veneria, uva, xiphias.

LIV. His adiciemus ab Ovidio posita animalia, quae apud neminem alium reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascentia, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit: bovem, cercyrum in scopulis viventem, orphum rubentemque erythinum, iulum, pictas mormyras aureique coloris chrysophryn, praeterea percam, tragum et placentem cauda melanurum, epodas
153 lati generis. praeter haec insignia piscium tradit: channen ex se ipsam concipere, glaucum aestate numquam apparere, pompilum, qui semper comitetur navium cursus, chromin,[1] qui nidificet in aquis. helopem dicit esse nostris incognitum undis, ex quo apparet falli eos, qui eundem acipenserem existimaverint. helopi palmam saporis inter pisces multi dedere.

154 Sunt praeterea a nullo auctore nominati. sudis Latine appellatur, Graece sphyraena, rostro similis

[1] *varia codd. Mayhoff sequimur.*

---

[a] *Hal.* 94, 102, 104, 110–113, 126.
[b] *Hal.* 96, 101, 108, 117, 121.

(this is the name given to an elongated pelamys-tunny which comes from the Ocean), mackerel, saupe, "sorus," two kinds of sculpin, two kinds of maigre, scolopendra-worm, "smyrus," cuttle-fish, spiral molluscs, razor-shells variously called "solen," "aulos", "donax," "onyx," and "dactylus"; thorny oysters, picarels, starfishes, sponges, "turdus"-wrasse, famous amongst rock-fish, tunny, "thranis," which others call sword-fish, "thrissa," electric ray, sea-squirt, "tritomum" ("three-cut") belonging to a large kind of tunny, from each of which three "cybia" can be cut, "veneria," cuttle-egg (?), sword-fish. LIV. We will add to these some animals, mentioned by Ovid,[a] which are found in no other writer, but which are perhaps native to the Black Sea, where he began that unfinished book in the last days of his life: horned ray, "cercyrus" which lives amongst rocks, "orphus," and red "erythinus," "iulus," tinted sea-breams and gilt-head of golden colour; and, besides these, perch, "tragus," "black-tail" with pretty tail, "epodes" of the flat kind. Besides these remarkable kinds of fishes he records: that the sea-perch conceives of herself, that the "glaucus" never appears in summer; and he mentions the pilot-fish as always accompanying ships on their course, and the "chromis" which makes its nest in the waves. He says that the "helops" is "unknown to our waters"; [b] from which it is clear that those who have believed that acipenser (*sturgeon*) is the same are in error. Many people have given the first prize for taste to the helops among all fish.

Moreover, there are some fish named by no author. There is one barracuda called "sudis" in Latin, "sphyraena" in Greek, in its muzzle resembling its

nomini, magnitudine inter amplissimos; rarus is et non degenerat. appellantur et pernae concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimae. stant velut suillum crus e longo in harena defixae hiantesque, qua [1] latitudo est, pedali non minus spatio cibum venantur; dentes circuitu marginum habent pectinatim spissatos; intus spondyli grandis caro est. et hyaenam piscem vidi in Aenaria insula captum.—Exeunt praeter haec et purgamenta aliqua relatu indigna et algis potius adnumeranda quam animalibus.

[1] quae *coni. Warmington.*

name ("stake"); it is in size amongst the largest; it is uncommon, and does not degenerate by interbreeding. There are also shells (*pinnas*) of a kind for which the name "perna" is given; they are abundant round the Pontiae islands. They stand like pigs' hams fixed bolt upright in the sand; and, gaping not less than a foot wide where there is broad enough space,[a] they lie in wait for food. They have, all round the edges of the shells, teeth set thick like those of a comb; inside is a large fleshy muscle. I once saw also a "hyaena"-fish (*puntazzo*) which was taken in the island Aenaria.

Besides all these creatures, certain off-scourings also come out of the sea; they are not worth a description and are to be counted amongst sea-weeds and not amongst living creatures.

[a] Or, if we read *quae*, "according to their expansiveness."

ADDITIONAL NOTES

Additional Note A.

Mensa.

When used in reference to food *mensa* may have various meanings :—

(1) Dining-table.
(2) Small table, which when of many shelves was called *repositorium*. See Petronius *Satyr.* 34 : suam cuique mensam assignari.
(3) Course.
(4) Square slice of bread (*quadra*), used as a plate. See *Aeneid* VII 115 : patulis nec parcere quadris; " Heus, etiam mensas consumimus," inquit Iulus.
(5) A round plate, *lanx* or *discus*. See Pliny XXXIII § 140 : iam vero et mensas repositoriis imponimus ad sustinenda opsonia.

In Pliny XXVIII we have :

§ 24 nam si mensa adsit. Meaning (1).
§ 26 aquis sub mensam profusis. Meaning (1).
§ 26 mensam vel repositorium tolli. Either (2) or (5).
§ 26 mensa linquenda non sit, nondum enim plures quam convivae numerabantur. The first seems to be (1) but *plures* to be (2). See, however, Wolters *ad loc.*
§ 27 utique per mensas. This is (2) on the usual interpretation, but (3) on that of Wolters.
§ 27 in mensa utique id reponi. This might be either (1) or (2).

Additional Note B.

The Hyaena.

The Romans were rather puzzled, and perhaps a little frightened, by the hyaena and its strange habits. Pliny has

a short chapter (VIII §§ 105, 106) in which he refers to many popular beliefs about the animal: that it is bi-sexual, becoming male and female in alternate years; that it can imitate human speech, a belief arising perhaps from its laughing cry; that it imitates a person being sick, so as to attract dogs; that it digs up graves in search of corpses; and that it is an animal possessing magic powers.

Pliny seems to have obtained most if not all his information from books on magic, for perhaps none of the seventy-nine "remedies" in chapter XXVII of the twenty-eighth book can be considered rational. Neither Serenus nor Sextus Placitus mentions the animal, but Scribonius Largus makes use of hyaena's gall in an eye-salve (XXXVIII), and has much to say about a recipe for hydrophobia which he obtained *pro magno munere* from a *medicus* called Zopyrus (CLXXI and CLXXII). It turned out to be a piece of hyaena skin wrapped up in cloth. Scribonius took great pains to prepare the amulet and keep it ready, but confesses that he had not yet had a chance to put it to the test. Many of the hyaena remedies were probably fraudulent imitations, although hyaenas must have formed part of the wild-beast shows of which the Romans were so fond.

Additional Note C.

Sympathy and Antipathy.

"The Greeks have applied the terms 'sympathy' and 'antipathy' to the principle of Nature that water puts out fire . . . the magnetic stone draws iron to itself while another kind repels it . . . the diamond, unbreakable by any other force, is broken by goat's blood." So says Pliny (XX §§ 1, 2). At the beginning of Book XXIV he gives a longer list, from which examples are: oak and olive; oak and walnut; cabbage and vine; cabbage and cyclamen or marjoram; all being contraries. The affinities include: pitch and oil, both being fatty; gum and vinegar, which washes gum out; ink and water, which combine readily.

In the working out of this theory there must inevitably be, to modern minds, some inconsistency and much sheer fancy. The theory itself is fanciful, and more akin to the "Love and Hate" of Empedocles than to the *convenientia* of the Stoics,

although parallels or analogies might be found in the scientific concepts of today. There was a tendency in Greek speculation to take an attractive idea, work it to death, and ignore or brush aside objections to it. Pliny says (XXIV § 4) of sympathy and antipathy: "Hence medicine was born." But it is not always clear whether a remedy is a cure because of antipathy to the disease or because of sympathy with it. The neutralization of disease suggests the former; the "doctrine of signatures" the latter. When, however, Pliny says (XXVIII § 147) that the power of sympathy under the influence of *religio* is great enough to render harmless the drinking of bull's blood by the priestess of Earth at Aegira, the reasoning is hard to follow. Various explanations could be given, but most modern minds would have been more satisfied if Pliny had said that the power of *religio* is so great that it can turn antipathy into sympathy.

Dr. W. T. Fernie, *Animal Simples*, pp. 63–65, says that bull's blood was once a favourite beverage! He also refers to Grote's suggestion that imperfect prussic acid, which may be obtained from blood, may have been called "ox-blood." There was a story that Themistocles committed suicide by drinking bull's blood, and the belief in its poisonous nature long persisted.

There is an article on "sympathy," *Der Heilmagnetismus bei Plinius*, by Th. Steinwender, in *Zeitschrift für die Oesterreichischen Gymnasien*, LXIX 1–20.

Additional Note D.

Pliny says (XXVIII. 108) that there are two kinds of crocodile, the second being smaller, living on land only, and eating scented plants so that in its bowels is formed a much-prized substance called *crocodilea*.

Actually Egypt has today but one crocodile, the *Crocodilus niloticus*, which has, however, two musk glands, one under the throat and the other in its cloaca.

We can only guess why Pliny says that the scent was taken from small crocodiles living on land. Pliny seems to have misunderstood his authorities; perhaps the perfumers kept baby crododiles in semi-domestication.

Additional Note E.

P. Fournier, writing in the *Revue de Philologie* for 1952 and 1953, has a few *Notulae Plinianae* which did not come to my attention in time to be mentioned in vol. VII. He thinks that *populus* should often be replaced by *opulus*, and *ornus* by *cornus*. For purely botanical reasons, he suggests the following emendations:

In XXV. § 125, *in ulvis* for *in silvis.*
In XXVI. § 56, *paleali* for *pallioli.*
In XXVI. § 95, *tensior* for *tenuior.*
In XXVII. § 104, *seridis* for *iridis.*

Additional Note F.

Pliny Book XXX.

In XXX. § 24, taking the best attested readings, we have: *s quoque vermiculus . . . mire prodest. nam urucae brassicae eius contactu cadunt et e malva cimices infunduntur auribus.* This gives: " The grub also . . . is wonderfully good (sc. for the teeth). For (*or* But) cabbage caterpillars fall at its touch, and bugs from the mallow are poured into ears." This is rather a *non sequitur.* Mayhoff emends: *urucae e brassicae foliis.* That is: " But at the touch of the caterpillar from the leaves of cabbages teeth fall out, and bugs, etc."

Professor Warmington would read: " *mire prodest, nam eius contactu cadunt; urucae brassicae et e malva cimices,* etc."—a simple transposition: " is wonderfully good, for at its touch teeth fall out; cabbage caterpillars and bugs from mallow, etc."

Additional Note G.

Pliny Book XXX.

In XXX. 64 the best MSS. have: *in dolore si quis aquam per pedes fluentes* (or *fluentis*) *haurire sustineat.* Mayhoff has: *in dolore si quis aquam ter pedes eluens haurire sustineat.* The order of the words suggests that *ter* goes with *eluens*, but the sense that it goes with *haurire.*

Professor Warmington would keep *per* and change *fluentes* to *fluentem.* " If anyone when in pain can bring himself to swallow the water that swirls about his feet."

Additional Note H.

Pliny Book XXXI, § 38.

The MSS. read: certior subtilitas, inter pares meliorem esse quae calefiat refrigereturque celerius, quin et haustam vasis ne manus pendeant depositisque in humum tepescere adfirmant.

The second sentence is very difficult, and one is reminded of Mayhoff's warning in the Appendix to Vol. IV. (p. 497): verum in talibus rebus, quae omni ratione careant, rectius est desperare quam nullo testimoniorum adiumento e solis litterarum vestigiis inanem coniecturam facere. Although it cannot be said that *omnis ratio* is wanting, yet the *ratio* is very obscure, and is perhaps irrecoverable.

The subject of the passage is the wholesomeness or "lightness" of water. It has just been said that the lightness cannot be determined by a pair of scales or steelyard. A more delicate test is the increase in heat when the water is placed in pots on the ground. The problem is: was Pliny's intention to say, "don't weigh" or "don't warm by touching"? Either alternative would require considerable emendation. Mayhoff adopts from a Dalechamp variant *manu* for *manus*, and adds *portatis* after *vasis* in order to balance *impositisque*, "in pots carried without weighing by hand and placed etc."; Detlefsen, aiming at much the same sense, reads *manus suspendant*, and leaves the *-que* difficult to explain. The other interpretation would require a radical change of *pendeant* to *tangant* or *tepeant*, and perhaps other changes as well. The difficulty of *que* might be overcome by reading *impositam*, and if the avoidance of warming by touch is the point of the *ne*-clause, *ansatis*, "with handles," a Plinian word, would be better than Mayhoff's *portatis*.

On the whole it is best to confess that the sentence is a puzzle hitherto unsolved, and that two meanings are possible, with a preference for the one that implies weighing.

Additional Note I.

Pliny XXXI. Ch. 46.

